Princeton University Library
32101 045243605

Digitized by Google

VETUS & NOVUM TESTAMENTUM
DEI SUB NUMINE VIGET
PRINCETON UNIVERSITY LIBRARY

Digitized by Google

Bible-New Testament. Latin. 1869. Vulgate

NOUUM TESTAMENTUM
DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI
LATINE

SECUNDUM EDITIONEM SANCTI HIERONYMI

AD CODICUM MANUSCRIPTORUM FIDEM RECENSUIT

†IOHANNES WORDSWORTH, S.T.P.

EPISCOPUS SARISBURIENSIS

IN OPERIS SOCIETATEM ADSUMTO

HENRICO IULIANO WHITE, A.M., S.T.P.

NOUI TESTAMENTI INTERPRETATIONIS PROFESSORE
APUD COLLEGIUM REGIUM LONDINI

PARTIS SECUNDAE FASCICULUS PRIMUS
EPISTULA AD ROMANOS

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

MDCCCCXIII

Digitized by Google

(SAMS)
5168
.1889
pt. 2, fasc. 1
(RECAP)

LONDINI ET NOUI EBORACI

APUD HENRICUM FROWDE, A.M.

OXONII EXCUDEBAT HORATIUS HART A.M. TYP. ACAD.

Digitized by Google

IN HOC PRIMO FASCICULO INSUNT HAEC

Digitized by Google

Digitized by Google

[PROLOGUS IN EPISTULAS PAULI
A QUIBUSDAM PELAGIO ADSCRIPTUS.

Prologus hic continetur in codd. nostris ABCDFHΘKMORT (U *uide infra*) VZ *c* (*uide infra*); *deest in* GLW *vg*.

Primum inter praefationes tenet locum in AHΘORZ, *secundum in* BDFMV, *tertium in c*, *quartum in* K, *sextum in* C, *octauum in* T.

In U *prologus noster cum praefatione longa in Romanos* ('Romani qui ex Iudaeis gentibusque crediderant') *in unum coniunctus est, incipiens* 'Primum intellegere nos oportet'; *impressimus infra p.* 5; *c habet et prologum nostrum et praef.* 'Primum intellegere'.

Subinde etiam citauimus lectiones ex codd. Augiensi CXIX (*nunc apud Karlsruhe*) *saec.* ix (*Augien.*), *et Par. latt.* 653 *et* 1853 (*eiusdem saeculi*) *quas nobis benigne commodauit amicus doctissimus A. Souter; praeterea lectiones codd. Uindob.* 1247, *saec.* xi *ex.* (*Uind.*) *et Sangall.* 73, *saec.* ix (*Sang.*) *ex libro Henrici Zimmer u. d.* '*Pelagius in Irland*' (*pp.* 26, 280).

Inscr. incipit prologus sc̄i iheronimi apostoli T; incipit prologus iheronimi in epistolis pauli apostholi C; incipit praefatio beati hieronimi de corpore epistolarum beati pauli apostoli HΘ; item prefatio sc̄i hieronimi presbiteri in eandem epistolam B; item eiusdem argumentum K; item argumentum *c*; argumentum omnium epistularum *Augien.*; incipit omnium epistolarum *Sang.*

Prologus Pelagio tribuitur in codd. D *nostro* (*Armachano*), *Uindob.* 1247, *et Bern.* A. 73 (*saec.* xiii); *inscrr. habent* incipit prologus pilagii in omnes aepistolas D, incipit argumentum omnium epistolarum quod pelagius (+ l. hir. *sup. lin. cor.*) composuit *Uind.*, incipit prologus pelagii in omnes epystolas sc̄i pauli apostoli *Bern.* (*fol.* 473 *b*); *uide Berger*, '*Hist. de la Vulg.*,' *pp.* 32, 33, *et* '*Les Préfaces jointes aux Livres de la Bible dans les MSS. de la Vulg.*' *Paris* 1902, *p.* 26; *Zimmer*, '*Pelagius in Irland*,' *pp.* 12, 26, 159.

Inscriptionem non habent AFMORVZ.

PRIMUM quaeritur quare post euangelia, quae supplementum legis sunt et in quibus nobis exempla et praecepta uiuendi plenissime digesta sunt, uoluerit apostolus has epistulas ad singulas ecclesias destinare. Hac autem causa factum uidetur, ut scilicet initia nascentis ecclesiae nouis causis existentibus praemuniret, et praesentia atque orientia resecaret uitia, et post futuras excluderet quaestiones, exemplo prophetarum, qui post editam legem Mosi, in qua omnia Dei mandata

---

1. **primum** *litt. magnis* O; **primum . . . post** *litt. rubr.* R. queritur MT *c*. **quare**: quemadmodum Z. aeuanguelia D. **quae** (que DT *c*): qui Z*. suplimentum D.

2. precepta BDTVZ *c*; + *ras. unius litt.* F. uidendi T. > uiuendi et praecepta *Sang.* plenissimae H. degesta DO^{c}Z*.

3. apostolos Z*. **has** *in ras. scr.* T^{c}. epistolas BH*ΘKOTVZ^{c}, aepistolas DH^{c}. **singulas** + quasque F^{s}. aecclesias H, aecl. D, egl. T; ecclesiis Z*. distinare DH, distinari Z*, destinere M*; designari *Par.* 1853. **hac**: haec K*M, hec T. *om.* **hac . . . uidetur** CDF*HΘ*O*Z* *Augien. Par.* 653.

4. **scilicet** *om.* CDF*HOZ *Augien. Par.* 653. > scilicet ut BΘ^{c}KV *c Uind. Sang.* > scil. hec autem causa fact. uid. ut T. **initia** *cum* ABFKM OR (nitia) VZ (inima Z*) *Uind. Augien.*^{c}, *et* in initia T: initio D *Augien.** *Sang. Par.* 653, 1853, in initio CHΘ *c*. nascentes Z*. aecclesiae H *c*, aecl. D, ecl. C, eglesie T (*partim in ras.*). nobis F*HMR. caussis D. **praemuniret** FR *Uind.*, *et* praeueniret *Monac. lat.* 4577^{c}: et *tantum* T; *om.* ABCDHΘKMOVZ *c Augien. Sang. Par.* 653, 1853, *et cf.* U *c in praefatione sequenti*, *p.* 5.

5. **et** *pr.*: et ut *Uind. Sang.*, > ut et FR (*cf. supra* T *qui habet* existentibus et et presentia). presentia BDTZ *c*. **atque** (adque F*MTZ*): utque F^{c}; + absentia *Sang.* **orientia** (*ras. inter* i *et* e T; orienta D): + absentia uel futura *Uind.*^{c}. **resecaret** (resic. O*Z*): desecaret T; exseccaret D; resecare R. *om.* **et prae. atque or. resecaret** C. uicia *c*. **et** *sec.*: ut OZ*; et ut A. furas Z*. **excluderet**: excluserit Z*; iactaret F* (*sed corr.*). questiones DT *c*.

6. prophaetarum O, profet. D. **editam** (aed. H): datam *Sang.* moysi BDFHΘKMO^{1}TVZ *c*. > mandata dei KZ* *c Sang.*

legebantur, nihilominus tamen doctrina sua rediuiua semper populi conpressere peccata, et propter exemplum libros ad nostram etiam memoriam transmiserunt. Deinde quaeritur cur non amplius quam decem epistulas ad ecclesias scripserit; decem sunt enim cum illa quae dicitur ad Hebraeos, nam reliquae quattuor ad discipulos specialiter sunt porrectae. Ut ostenderet nouum non discrepare a ueteri testamento et se contra legem non facere Mosi, ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistulas ordinauit, et quot ille praeceptis a Pharaone instituit liberatos, totidem hic epistulis a diaboli et idolatriae seruitute edocet adquisitos. Nam et duas tabulas lapideas duorum testamentorum figuram habuisse uiri eruditissimi tradiderunt. Epistulam sane quae ad Hebraeos scribitur quidam Pauli non esse contendunt, eo quod non sit eius nomine titulata, et propter sermonis stilique distantiam, sed aut Barnabae iuxta Tertullianum aut Lucae iuxta quosdam uel certe Clementis discipuli apostolorum et episcopi Romanae ecclesiae post apostolos ordinati. Quibus respondendum est: si propterea Pauli non erit quia eius non habet nomen, ergo nec alicuius erit quia nullius nomine titulatur: quod si absurdum est, ipsius magis esse credenda est

---

1. nihilhominus A*T, nichilominus *c*. **tamen** + non cessauerunt *Par.* 1853. **rediuiua** *codd. plur.* (-uiba T) *et* A (*perperam* re diuina *Tisch.*): re diuina M^{1}OR. **conpressere** *codd. plur.*: compress. B^{c}KT, conpraess. H, compraess. F*, cunpress. R, conpres. D.

2. **libros** B^{c}DK^{c}O^{c} *Uind. Sang.*: libris B*CF HΘK*MO*RTVZ *c Augien. Par.* 653, 1853, *et* libri A; + pro D* (*sed expunctum*). a^{d} M. **etiam**: *om.* O*Z* *Par.* 1853; + *ras.* 2 *litt.* H. > etiam ad nostram R *Sang.* transmisserunt D, transmiserint Z*, -rant T.

3. queritur DMT *c*. **cur** (quur HΘRT): *om.* F*. decim VZ; x D *c*. epistolas BΘKOTV, aep. D; aepistolis H, epistulae Z*. aecclesias H *c*, egl. T, aeclessias D; ecclesiam Z*. scrip|||| serit Z (*forsan* scribitur Z*), scribserit K.

4. decim VZ; x D. > x scripserit D. > enim sunt *Sang.* **illa**: ea Z*; hac *Par.* 653. que DT. hebreos FRT *c*, ebreos D, haebreos HV, haebraeos O. > ad hebr. dicitur *Sang.* relique HTV; reliquiae O*. quatuor Z; ·IIII· D.

5. disscipulos T. speciales *Par.* 1853. **porrectae** (-te MT): directae D*; + et FR. ostenderit Z*. nobum T.

6. ueteris Z*. > a ueteri non discrepare (-ret R) CR. testamentum R. **non**: nihil T. moysi BCFHΘKMOTV *c*, mōī D. > nihil facere contra leg. moy. T. **numerum primorum** *cum* BDFΘ KMOVZ *c Uind. Sang.*, *et* num. priorum CHT: > priorum numerum A; numerum *tantum* (*om.* **primorum**) R.

7. degalogi Z. epistolas BΘKTVZ^{c}, aepistolas D; aepistolies H; + *ras.* 2 *litt.* M. ordinarit R. **et**: ut A. quod CHMTZ*. **praeceptis** (pre. BD KMTVZ *c*): *om.* O*. **a**: ad F*M*Z*; in C. pharaonem A*; faraone D, farahone CT.

8. **instituit**: instruit D. liberatus FK; liberator *Par.* 653, 1853. toth idem T. *om.* **hic** F*. **epistulis** *cum* A (*perperam* -las *Tisch.*) B*FRZ*, -olis B^{c}CΘKOTVZ^{c}, aepistolis DH: epistulas M. **a**: ad Z. diabuli CD; diabolo T. **idolatriae** (idul. D): idolorum CT. > seruitute et idulatriae D *Uind.* aedocet D*, edoceret T *c*; docet HΘ; erudit R.

9. adquaesitos H, adquessitos D. **duas**: ·II· D. *om.* **lapideas** M. > lap. tabulas HΘ. > habuisse figuram *Sang.*

10. **tradiderunt**: habuerunt D*. epistolam BKΘO^{c}V, aepistulam D, aepistolam H; epistula M, -ola T. sanae R. **quae** (que DT *c*): qui HM. hebreos ACFMRT *c*, ebreos D.

11. inscribitur HΘ. > pauli quidam BKV *c*. **contendunt**: adfirmant CDO*TZ* *Uind. Augien. Sang. Par.* 653, 1853; + aī adfirmant Θ^{mg}. **eo**: eius Z*. nomina KZ*. > nomine eius D *Uind.*

12. **et** *om.* BKV *c*. **stila** quae Z* (**stilique** Z^{c}). **sed aut**: siue O*. bernabae B*, barnabbae D, barnabe T. iusta F*. tertulianum DHΘ*Z*.

13. **lucae** (-ce T): *om.* R. iusta F*R. *post* **apostolorum** (*ad finem paginae*) *deficit Sang.* **et** *om.* FΘ*. aepiscopi D.

14. romane MT. aecclesiae H *c*, egl. T, aeclesiae D. **apostolos**: apostolus A, apostolum T; ab apostolis H(-los)Θ(-los Θ^{c})MR. -los or *in ras. scr.* F. hordinati T. **quibus** + ita A. **si** + enim A*.

15. **quia** *pr.*: qui Z*. **eius**: ei Z*. **non** *sec.* + erat D*. > nomen non habet DR *Uind.* **ergo** (ego T*): *om.* CD *Augien. Par.* 653. **nec**: ne Z*.

16. nulius Z, nullus D. **nomine** *ex* nomen F.

quae tanto doctrinae suae fulget eloquio; sed quoniam apud Hebraeorum ecclesias quasi destructor legis falsa suspicione habebatur, uoluit tacito nomine de figuris legis et ueritate Christi reddere rationem, ne odium nominis fronte praelati utilitatem excluderet lectionis. Non est sane mirum si eloquentior uideatur in proprio id est hebraeo quam in peregrino id est graeco, quo ceterae epistulae sunt scriptae sermone. Mouet etiam quosdam quare Romanorum epistula in primo sit posita, cum eam non primam scriptam ratio manifestet. Nam hanc se proficiscentem Hierosolymam scripsisse testatur, cum Corinthios et alios ante iam, ut ministerium quod secum portaturus erat colligerent, litteris adhortatus sit. Unde intellegi quidam uolunt ita omnes epistulas ordinatas ut prima poneretur quae posterior fuerat destinata, ut per singulas epistulas gradibus ad perfectiora ueniretur. Romanorum namque plerique tam rudes erant ut non intellegerent dei se gratia et non suis meritis esse saluatos, et ob hoc duo inter se populi conflictarent. Idcirco illos indigere adserit confirmari, uitia gentilitatis

---

titulatur (titubatur H*): prenotatur M. **si** + inconueniens BK^{c}O^1(*deinde erasum*)VZ^c *c Uind.* **absurdum** (absordum M, obsordum D) + que BK O^{2}VZ^c *c Uind.* **est** *pr.* + nullius esse D. > est absurdum Θ^1. **esse** *om. c.*

1. que DMT *c.* tante Z*. doctrine sue T. fulgit TZ*. **sed**: et C. aput A(*sic*)F*; *om.* Z*. hebreorum MRTV *c*, ebr. D, haebraeorum H.

2. aecclesias H *c*, egl. T, ecl. M, aeclessias D. distructor DO*Z*. **falsa** *in ras. scr. c.* **suspicione** (suspit. BHKVZ*): ic *in ras.* Θ; suspectione *Par.* 1853. abebatur C. tatito Z*.

3. **et** + de T. uaritate F*. *om.* **rationem** O*. **ne odium** (odio R, hodio T): necdium *lapsu* V. fonte HZ*.

4. prelati BDKMTVZ; prelata *c*; praetitulati *Augien.*^{o} excluderit Z*; excludere F*. **lectionis**: lectoris Θ*. sanae O*. **mirum**: mirerum *ut udtur* H* (re *eras.*). **eloquentior** (-tor Θ*, -tur H) **uideatur**: dissertior (-tor C) sit CT *Par.* 653.

5. **in proprio**: improprio K. **est** *pr.* + in HΘ. hebreo FMT *c*, ebreo D; haebraeo Z*. **peregrino**: r *pr. in ras. scr.* F; perigrino D. **est** *sec.* + in CO*T. greco CDFMORT *c.* caeterae D, cetere MT; ceterum Z*.

6. aepistolae DH, epistolae BΘKO^{c}VZ^c, epistole T. > sunt epist. R. scribtae R, scribte T; scripto F, scrito Z. sermonem K, sermonae H. mobet T. **quare**: cur D; que V.

7. epistola BCΘKVZ^c, aepistola D(-las D*) H. **in** *om.* HΘ*. possita D. quum ΘT. **primam**: primo CT *c Augien.*, *et* + uel primo O^1; in primo D *Par.* 653. > primam non O*; > in primo non D. **scriptam** (-btam RT): *om.* O*. manifestat D *Par.* 1853. nan Z.

8. **proficiscentem** ABDKMOVZ *c Augien. Par.* 653, 1853: -te CFHΘRT. > profic. se CRT. hierusolymam MO; hierusolimam D, hiero. Z^c, ihero. CT, iero. *c*; hierusolyma H, hierosolima R; hierusolimis Z*. scribsisse HRT, scripsise D. quum CΘT. corintios T, corintheos O, chorinthios Z^c, chorintheos CZ*, chorinteos D.

9. > iam ante M. *om.* **iam** *Par.* 653. **ut** *om.* Θ*. ministerio OZ*. portaturrus H*. > erat port. *Par.* 1853. **colligerent** (colleg. D): colligerint FZ* *Par.* 1853; colligeret A*HT. adortatus sit DO; adhortaturus sit F; adhortatur C; exhortatus (*sine* sit) M; *deinde* + sed M.

10. **unde** + et Z*. **intellegi** (-igi CΘKT *c*): *om.* O*. **uolunt** *ex* uoluit V. epistolas BΘKTV Z^c, aepistulas D, aepistolas H. hordinatas C. **prima**: prior A.

11. **poneretur** *partim in ras.* B. **quae** *cum* ACHΘR, *et* que DT *c*: quamuis BFKM (uis *sup. lin.*) OVZ *Uind.**; quamuis quae *Par.* 1853. posterius CT (pot. T*) *Par.* 653. **fuerat** *cum* ACHΘT *c*: fuerit BFKMORV(*ex* fuit)Z; *om.* D. **destinata** (dist. DZ*): ordinata HΘ*. **ut**: et CDR *Augien. Par.* 653. singulos A. epistolas BΘKTV, aepistolas DH. **gradibus** + quibusdam *c.*

12. **perfectiora** (-feciora Z*): perfectionem HΘ*. uenerετur D; ueniatur CT. romani M. **namque**: *om. Par.* 653; nam *Par.* 1853. pleriquae Z*. > tam plerique HΘ.

13. intelligerent CHΘKT *c.* **se**: esse M; *om. Par.* 653. > se dei D. **et non** ABCHΘ*MO* VZ: non FR *c Augien.*; sed DK (*in ras. scr.*) O^c (set) T *Uind.*; sed non Θ^{mg}; > non sed *Par.* 653 (*partim in ras.*). ob *sup. lin.* M. **inter se**: interesse D. > populi inter se CT *Par.* 1853.

14. conflictabant D. iccirco illis *c.* indegere D(indegre D*)O*; indigne F (-ne *in ras. scr.*). asserit BKMRTVZ^c *c.* **confirmari** (-re F*K): corrigi MZ*. uicia *c.* **confirmari uitia** *om.* O*. gentilutatis T.

Digitized by Google

priora commemorans. Corinthiis autem iam dicit scientiae gratiam esse concessam, et non tam omnes increpat quam cur peccantes non increpauerint reprehendit, sicut ait Auditur inter uos fornicatio; et iterum Congregatis uobis cum meo spiritu tradere huiusmodi satanae. In secunda uero laudantur et ut magis ac magis proficiant admonentur. Galatae iam nullius criminis arguuntur, nisi hoc tantum quod callidissimis pseudoapostolis crediderunt. Ephesii sane nulla reprehensione sed multa laude sunt digni, quia fidem apostolicam seruauerunt. Philippenses etiam multo magis conlaudantur, qui nec audire quidem falsos apostolos uoluerunt. Colosenses autem tales erant ut cum ab apostolo uisi corporaliter non fuissent hac laude digni haberentur Etsi corpore absens sum, sed spiritu uobiscum sum gaudens et uidens ordinem uestrum. Thessalonicenses nihilominus in duabus epistulis omni laude prosequitur eo quod non solum fidem inconcussam seruauerint ueritatis, sed etiam in persecutione ciuium fuerint constantes inuenti. De Hebraeis uero quid dicendum est? quorum Thessalonicenses qui plurimum laudati sunt imitatores facti esse dicuntur, sicut ipse ait Et uos fratres imitatores facti estis ecclesiarum dei quae sunt in Iudaea; eadem enim passi estis et uos a contribulibus uestris quae et illi a Iudaeis. Apud ipsos quoque Hebraeos

---

1. commemorat *Par.* 1853. corintiis T, chor. C, chorinthiis BF, chorinteis D, corinthis A*O; corinthios RZ*. *om.* **autem** DO* *Uind.* **iam**: dum HΘ*; *om.* R. **dicit**: *om.* Z*. > dicit iam *c.* scientie T. gratia V.

2. **non** *pr.*: *om.* M*R. qur T, quur CFHΘ. ^{in}crepauerint M. reprehindit Z, reprechendit D, repraehendit HΘR.

3. **ait** (ayt C, aut M*): dicit OZ. **iterum** + ait D *Uind.* uobiscum *uno ductu* T; + et R. **meo**: eo D.

4. **huiusmodi** + hominem DF^{c}R *Uind.* satane T, sathanae *c.* **uero**: ergo C. *om.* **ac magis** T. > magis ac magis ut OZ*.

5. **admonentur** (amm. BKO^{1}RT, ammonetur M): commonentur VZ *c.* galathae B^{1}K *c*, galate M, galetie T; + uero ADKO^{1} *Uind.* **iam**: namque HΘ*. nulius Z*. creminis D. **arguuntur** *partim in ras.* K: accusantur BVZ^{c} *c*; + uel accusantur O^{2}. > arg. cr. D *Uind.* > nisi arguuntur Z*. **hoc tantum** *om.* ADR *Augien. Par.* 653.

6. calidissimis F*Z*; callidissimi O*. pseodo apostolis D, speodoap. O*, pseudoapostholis C; pseuapostolis V; apostolis *tantum* F. crediderint CZ. ephesi AF, ephisi D; + *ras.* T. sanae Z*. repraehensione A*HΘ, repreensione T.

7. **digni**: di *in ras.* F. > digni sunt D *Uind.* > digni laude sunt Z^{c}, > digni sunt laude V. philippensis Z*, phylippenses M *c*, philipenses R, pilipenses D.

8. **etiam**: autem O; enim T. collaudantur *c.* **qui**: quia DΘ*O^{2}TZ*. **nec**: ne R *Par.* 653. fasos H* (+ l H^{1}).

9. > **colosenses . . . ordinem uestrum** *post* **thessalonicenses . . . constantes inuenti** *habent* CDF^{c}ORVZ *Augien. Par.* 653, 1853. colosensis Z*, colossenses O. > erant tales D *Uind.* quum ΘT. **ab** *om.* K*M *Par.* 1853 (*non autem* A *ut uult Tisch.*). apostolos H; apostoli Θ*; apostolis D*O*. uissi D. **corporaliter** (corpar. D*): carnaliter HΘ*. fuisent Z; fuisset D*.

10. > digni laude M. **corpore** *sine add.* ACD FHΘ*T: + inquit (inquid M*O*Z*) BΘ^{c}KMOR VZ *c Par.* 1853. **absens sum** (absensum T): *om.* **sum** D *Uind. Par.* 653. **sum** *sec.*: *om.* FR.

11. thessalonicensis Z*, thesalonicenses H, thesol. D, tessal. B, tesal. T. nichilominus *c*, nihilhominus DT. duobus F*.

12. epistolis BΘKTVZ^{c}, aepistolis DH; epistuli M*. omne T. **eo** (*ex* et V) **q. n. s. fidem**: *om.* O* (+ O^{1}). quo^{d} M. **inconcussam** (-cusam Z*): inconfusam M. **seruauerint** (-rit F*): seruauerunt HΘ* (*non autem* A *ut legit Tisch.*).

13. ueueritatis Z*. **etiam** *om.* D (*non autem* A *ut legit Tisch.*) *Uind.* **persecutione** (persequu. HΘT): persecutionem RZ*. fuerunt HΘ*. **constantes** (-ter D *Uind.*): contestantes Z.

14. haebraeis Z*, hebreis A (*perperam Tisch.* -aeis) FM *c*, ebreis D, hebrehis T. qui^{d} Θ. thessanlonicenses A*, thessall. R, thesal. H, thesol. D, tessal. *c*, tesal. T. **plurimum**: plu *in ras.* B.

15. **laudati** (-te M): laudandi D. imitores *pr.* M*, hymitatores C, emittatores D. *om.* **esse** HΘ*T *Par.* 653. **sicut** + et M. **fratres** + mei FO^{c}. hymitatores *sec.* C, emitatores D.

16. aecclesiarum *c*, ecles. M, egles. T, aecless. D. que T. iudea DMT *c.* eandem T. **et** *om.* D *Uind. Augien. Par.* 653, 1853. > et uos passi estis R.

17. contribulis D. **quae** (que DM *c*): sicut C

Digitized by Google

eadem commemorat dicens Nam et uinctis conpassi estis, et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorem et manentem substantiam.

EXPLICIT PROLOGUS.]

(sicuti)T. **et** *om.* DF* *Uind.* **illi** : ipsi CT; illa Z* (*non* F, *uide Ranke, p.* 476). iudeis DMT *c.* aput CF*TZ. **ipsos** *om.* D *Uind.* quoquae Z*; quos O*. haebraeos Z*, hebreos A(*sic*)FMOT *c*, ebreos D.

1. **commemorat** (conm. C; t *in ras. scr.* A): commemorans FO*Z*. **uinctis** *om.* T*. compassi BF^{c}KMTZ.
2. suscipistis DO*. cognuscentes Z. abere Z*. **et** *om.* Z*.

Subscr. explicit prefatio (prologus M) sancti hieronimi (+pr̄bi B) BKMVZ^c; ex̄p prolōg in omnē apōst A (*sic*; *perperam Tisch.* in omnes epistulas); finit prologus D; explicit argumentum F *c Uind.*; explicit argumentum omnium epistularum *Augien.*; *nihil habent* CHΘORTZ* *Par.* 653, 1853.

[INCIPIT PROLOGUS BEATI HIERONIMI.

Prologus hic continetur in codd. nostris U *c.*
Etiam in Par. lat. 1853, *Epinal* 6, *Monacensi lat.* 13038, *etc., uide A. Souter* '*Comment. of Pelagius on the Epp. of Paul*' (*Proceedings of Brit. Academy* II, *p.* 19, 1906).
Conflatio est ex praefatione supra posita 'Primum quaeritur' *et praefatione in Ep. ad Romanos* 'Romani qui ex Iudaeis gentibusque crediderant.'
Edidimus ex codice U *subiunctis lectionibus discrepantibus codicis c.*
Inscr. incīp prologus beati hieronimi U; incipit prologus sancti ieronimi pr̄bi in epl̄is pauli *c.*

Primum intellegere nos oportet· quibus uel quare scribat apostolus· Non enim credendum est eum post euangelia quae legis impletio sunt· sine causa has epistolas ad singulas ecclesias conscripsisse: Maxime cum nobis in his praecepta et exempla uiuendi· plenissime sunt digesta. Sed initio nascentis ecclesiae nouis causis existentibus· etiam post futuras quaestiones excludit· Non solum hoc apostolus· sed etiam prophetae fecerunt· Nam post legem moysi datam· in qua omnia mandata continebantur: illi quoque non cessauerunt praedicatione sua· populi peccata comprimere· et libris ad nostram memoriam transmittere· in quos fines saeculorum deuenerunt· Scribit ergo nunc ad romanos· qui ex iudaeis et gentibus credentes· superba contentione· uolebant se alterutrum superponere· Dicebant enim iudaei· Nos sumus gens sancta· quos ab initio deus dilexit et fouit· nos ex genere abraham ex stirpe sancta descendimus· Nos de aegypto liberati mare siccis transiuimus pedibus· propter nos pharao cum exercitu mersus interiit· Nobis manna pluit in deserto· et cetera quae enumerare perlongum est· Solum hoc dicimus quod ipse dominus in quo et uos uidemini credere· nobis ex lege fuerit repromissus· Uos autem gentes quae estis ab initio dere-

1. intelligere *c.*
3. aecclesias *c.* precepta *c.*
4. sint *c.* aecclesiae *c.*
5. questiones *c.* **excludit** + et *c.*
7. predicatione *c.*
8. libros *c.*
10. iudeis *c.*
12. abrahae U*. aegipto *c.*
13. phorao U. **exercitu** + suo *c.*
14. caetera *c.*
15. uidimini U*.

Digitized by Google

lictae· quae numquam dei notitiam habuistis· sed semper daemoniis deseruistis· Aequumne ergo est hodie ab idolis conuertentes nobis comparemini? et non potius proselitis sicut semper fuistis in lege? Et hoc ipsum· quia multum est misericors deus qui uos uoluit ad nostram imitationem adducere· Gentes e contrario respondebant· Quanto maiora dei beneficia narraueritis· tanto uos reos criminis esse monstrabitis· quia semper his omnibus extitistis ingrati· qui post dei uocem auditam· uobis idola fabricastis· Quod etsi non fecissetis· hoc solo crimine ueniam non poteratis accipere· qui dominum uobis prophetarum uocibus repromissum. Non solum suscipere noluistis· sed etiam occidistis· Quem nos suscepimus· cum nobis de eo nemo praedixerit· Quantum ergo nostra fides melior sit perspicue patet; quod autem idolis seruiuimus· non contumaciae· sed ignorantiae fuit· Denique ubi cognouimus ueritatem· statim sumus secuti· Filios autem abrahae non carnalis natiuitas sed fides facit· His ita litigantibus· se medium interponit apostolus· ostendens ambobus populis· neque circumcisionem aliquid esse neque praeputium· sed fidem quae per caritatem operatur· Uicissim autem eos humilians per totam epistolam· rationibus et testimoniis· ad unitatem hortatur; et ostendit neutrum hoc sua iustitia meruisse· sed totum hoc quicquid sit· dei iustitiae deputandum· et gentes quidem per ignorantiam· per scientiam uero deliquisse iudaeos· Quippe qui per praeuaricationem legis· deum inhonorant·· Quaeritur etiam cur non amplius quam decem epistolas ad ecclesias conscripserit· Decem sunt enim cum ea quae legitur ad hebraeos· Nam reliquae quattuor ad discipulos familiariter sunt porrectae· ut ostenderet nouum non discrepare a ueteri testamento· et se contra legem non facere moysi· ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistolas ordinauit· Et quot ille praeceptis a pharaone instituit liberatos totidem epistolis a diaboli et idolatriae seruitute edocet adquisitos· Nam duas tabulas lapideas· duorum testamentorum figuram habuisse· uiri eruditissimi tradiderunt· Epistolam sane quae ad hebraeos inscribitur· quidam pauli non esse adfirmant· eo quod non sit eius nomine titulata: et propter sermonis stilique distantiam; sed aut barnabae iuxta tertullianum· aut iuxta quosdam lucae· uel certe clementis discipuli apostolorum· Et post episcopi romanae ecclesiae ordinati· Quibus respondendum est· Si propterea pauli non erit quia eius non habet nomen· nec alicuius erit quia nullius nomine titulatur· Quod si absurdum est· ipsius magis esse credenda est· quae tanto doctrinae suae fulget eloquio· uel certe quia apud hebreorum ecclesias quasi

---

1. noticiam *c.* demoniis *c.*
2. *om.* **ergo** *c.* **est** + ut *c.* ydolis *c.*
3. **proselitis**: proseliti (prosiliti*) sitis U; proselitis istis *c.* fuissetis *c.*
5. **uos** + maioris *c.*
6. > criminis reos *c.*
7. ydola *c.*
8. > non poteratis ueniam *c.*
10. > nemo nobis de eo *c.* predixit *c.*
11. ydolis *c.*
15. prepucium *c.*
16. *om.* **eos** *c.*
17. iusticia *c.*
18. **sit**: sunt *lapsu* U. iusticiae *c.*
19. iudeos *c.*
20. queritur *c.* *rasura ante* cur *in* U (*forsan* quur U*). aecclesias *c.*
21. hebreos *c.*
24. priorum *c.* preceptis *c.*
25. **liberatos**: ordinatos *c*; *sequitur ras. satis longa* U. ydolatriae *c.*
27. hebreos *c.*
28. affirmant U^1 *c.*
29. **sed** *om. c.* tertulianum *c*; u *pr. in ras.* U.
31. aecclesiae *c.*
34. ce^{r}te U. aecclesias *c.*

Digitized by Google

destructor legis· falsa suspitione habebatur· Uoluit tacito nomine scribere· ne odium nominis fronte praelati· utilitatem excluderet lectionis· Non est sane mirum si dissertior sit in proprio· id est in hebreo· quam in peregrino· id est greco· quo ceterae epistolae sunt scriptae sermone: Mouet etiam quosdam· quare romanorum epistola in primo sit posita· cum eam postea scriptam· ratio manifestet· Unde intellegendum est· ita omnes epistolas ordinatas· ut prima poneretur· quae ad inferiores fuerat destinata· et per singulas epistolas gradatim ad perfectiora ueniretur.]

1. suspicione *c.*
2. prelata *c.*
3. disertior *c.* **est** *sec.* + in *c.*
4. caeterae *c.*
6. intelligendum *c.*

Subscr. explicit prologus *c*; *nihil habet* U.

[PRAEFATIO HIERONYMI IN EPISTULAS PAULI.

Praefatio haec continetur in codice nostro G; *ex posteriori parte tractatus Hieronymi 'De uiris illustribus' desumpta est; inscriptio in codice deest.*

Paulus apostolus scripsit ad septem ecclesias nouem epistulas· ad romanos unam· ad corinthios duas· ad galatas· unam· ad ephesios· unam· ad philippenses· unam· ad cholossenses· unam· ad tessalonicenses· duas∴ Praeterea ad discipulos suos· timotheo duas· tito· unam· philemoni· unam∴ Epistula autem quae fertur ad hebraeos· non eius creditur propter stili sermonisque dissonantiam· sed uel barnabae iuxta tertullianum uel lucae euangelistae· iuxta quosdam· uel clementis romanae postea ecclesiae episcopi· quem aiunt sententias pauli proprio ordinasse et ornasse sermone· uel certe quia paulus scribebat ad hebraeos· et propter inuidiam sui aput eos nominis titulum in principio salutationis amputauerat∴ Scripserit autem ut hebraeus hebraice· id est suo eloquio desertissime· ut ea quae eloquenter scripta fuerant in hebraeo· eloquentius uertisset in graecum· et hanc esse causam quod a ceteris pauli epistulis discrepare uideatur. Legunt quidam et ad laodicenses sed ab omnibus exploditur.

EXPLIC̄ · PRAEFAT̄ · HIEROM̄ · PR̄BI.]

6. **tertullianum**: l *pr. om.* G*.
7. **sententias**: sentias *cod.*
9. **titulum**: titulo *cod.*
10. **ut** *sec. om. codex.*
11. **eloquentius**: eloquentias *cod.*

Digitized by Google

[PROLOGUS IN EPISTULAS PAULI.

Hunc Prologum impressit Thomasius (I, *pp.* 382 *seqq.*) *e cod. Orat.* B. 7. *Inuenitur etiam in cod. Par. Lat.* 204, *et Cassin.* 35; *est enim ex parte priori tractatus Hieronymiani 'de uiris illustribus'; uide S. Berger 'Les préfaces jointes aux Livres de la Bible dans les MSS. de la Vulgate', p.* 63 (*no.* 265).

Impressimus ex editione Thomasii, additis in calce paginae uariantibus lectionibus Hieronymianis (*Hieron.* = *'de uiris illustribus' ed. Uall.* II, *p.* 835); *quae tamen ad meram orthographiam spectant omisimus.*

Paulus Apostolus, qui et ante Saulus, extra numerum XII Apostolorum, de tribu Beniamin, ex oppido Iudeae Gischalis fuit; quo a Romanis capto, cum parentibus suis Tharsum Ciliciae commigrauit; a quibus ob studia Legis missus Hierosolymam, a Gamalihele uiro doctissimo (cuius Lucas meminit) eruditus est. Cum autem interfuisset neci Martyris Stephani, et acceptis a Pontifice Templi epistolis ad persequendos eos qui in Christum crediderant, Damascum pergeret, reuelatione compulsus ad fidem (quae in Actibus Apostolorum scribitur) in Uas electionis de persecutore translatus est. Cumque primum ad praedicationem eius Sergius Paulus Proconsul Cypri credidisset; ab eo, quod eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen: et iuncto sibi Barnaba multis urbibus peragratis, reuertens Hierosolymam, a Petro, Iacobo, et Iohanne Gentium Apostolus ordinatur. Et quia in Actibus Apostolorum plenissime de eius conuersatione scriptum est; hoc tantum dicam, quod post Passionem Domini uicesimo quinto anno, id est, secundo Neronis, eo tempore quo Festus Procurator Iudeae successit Felici, Romam uinctus mittitur: et biennium in libera manens custodia, aduersum Iudaeos de aduentu Christi quotidie disputauit. Sciendum autem, prima satisfactione, necdum Neronis Imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiae, Paulum a Nerone dimissum, ut Euangelium Christi in Occidentis quoque partibus praedicaret: sicut ipse scribit in secunda ad Timotheum Epistola eo tempore, quo et passus est, et de uinculis dicta Epistola: In prima mea confessione nemo mihi affuit; sed omnes me dereliquerunt: ne eis imputetur. Dominus enim mihi affuit, et confortauit, ut per me praedicatio compleatur; et ut audiant omnes Gentes: et liberatus sum de ore Leonis: manifestissime Leonem propter crudelitatem Neronem significans. Et in sequentibus: Liberauit me ab ore Leonis. Et statim: Liberauit me Dominus ab omni opere malo; et saluabit in regnum suum caeleste; quod scilicet praesens sibi sentiret imminere Martyrium. Nam in eadem epistola

1. **et** *om. Hieron.*
2. **ex**: et *Hieron.* **Gischalis**: egirgalis *cod. Orat.* B. 7.
6. **in Christum**: Christo *Hieron.*
10. **nomen** + Paulus *Hieron.*
11. reuertensque *Hieron.*
16. **autem** + in *Hieron.*
19. praedicaretur *Hieron.*
20. > Epistola ad Timotheum *Hieron.* **et** *sec. om. Hieron.* dictans Epistolam *Hieron.*
21. **confessione**: satisfactione *Hieron.*
22. **ne**: non *Hieron.* **enim**: autem *Hieron.* **confortauit** + me *Hieron.*
23. compleretur *Hieron.* **ut** *om. Hieron.* audirent *Hieron.*
25. **liberauit me** *pr.*: liberatus sum *Hieron.* **ab**: de *Hieron.* **liberauit** *sec.*: -bit *Hieron.*
26. **saluabit** + me *Hieron.*
27. **nam** + et *Hieron.*

Digitized by Google

praedixerat: Ego enim iam immolor, et tempus resolutionis meae instat. Et hic ergo quartodecimo Neronis anno, eodem die quo et Petrus Romae pro Christo crucifigitur, capite truncatur: sepultusque est uia Ostiensi anno post passionem Domini tricesimo sexto. Paulus apostolus ad septem scribit Ecclesias: octaua enim ad Hebraeos a plerisque extra numerum ponitur. Timotheum instruit, ac Titum. Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur: super quo tacere melius puto, quam pauca scribere.]

1. **praedixerat**: praemiserat *Hieron.* **et** *sec.*: *om. Hieron.*
2. **et**: *om. Hieron.*
3. **crucifigitur**: *om. Hieron.* **est** + in *Hieron.*
4. **sexto**: septimo *Hieron.* **paulus apostolus** *etc.*: *haec uerba non ex Hieron. 'de uiris illustribus' sed ex Ep.* LIII, § 8 (*Uall.* I. *p.* 280) *desumpta sunt.* > Ecclesias scribit *Hieron.*
7. *Pergit cod. Orat.* B. 7 Pauli Apostoli Epistolae sunt numero XIV . . . emendatus melior factus est; *quae omnia in parte posteriori praefationis* Epistolae Pauli ad Romanos causa haec est *apud codd. nostros* BKV *c habentur*; *impressimus ergo infra p.* 40.

[INCIPIT PRAEFATIO ISIDORI EPISCOPI.

Praefatio haec continetur in codd. nostris HΘ *in quibus septimum obtinet locum.*
Inscr. **incipit praefatio** (praecatio H) **isidori episcopi.**

Paulus apostolus quattuordecim epistolis praedicationis suae praestrinxit stilum ex quibus aliquas propter tipum septiformis ecclesiae septem scripsit ecclesiis conseruans potius nec excedens numerum sacramenti propter septiformem sancti spiritus efficaciam. Scripsit autem ad romanos, Ad corinthios, Ad galatas, Ad ephesios, Ad thessalonicenses, Ad hebraeos, Reliquae uero postmodum singularibus edidit personis ut rursus ipsum illum septinarium numerum ad sacramentum unitatis conuerteret.

ARGUMENTA AUTEM EARUNDEM EPISTOLARUM HAEC SUNT.

In primis romanae plebis fidem conlaudat, Corinthios gemina doctrina castigat, Apud galatas per gratiam fidei excludit opera legis, Ephesios magnificat in fide quam acceperunt, Laudat colosenses pro eo quod in fide steterunt, Philippenses euangelium custodisse gratulatur, Thessalonicenses in prima epistola fide creuisse et operibus, In secunda persequutiones tolerasse fortiter gloriatur, Instruit quoque per timotheum et titum ecclesias, Philimonem de emendato seruo onesimo rogat, Ad ultimum hebraeos qui in christum crediderant et postmodum persequutionibus iudaicis territi a fide recesserant confortat atque ad gratiam euangelii reuocat.]

1. **epistolis**: apostolis H. predicationis H. prestrinxit H (perestr. H*).
2. aliquis Θ *ut uidetur*; *erasit* i *sec. et* ū *superscr. cor.* septemformis Θ^{*} (septif. Θ^{c}).
3. sacrament H.
5. tesolonicenses H. relique H.
6. septenarium Θ^{1}.
8. ARGUMENTUM H. AEPISTOLARUM H.
10. galathas Θ.
11. in *pr.*: + *ras. unius litt.* Θ. philipenses Θ.
12. thessolonicenses H.
14. phylimonem Θ^{c}.
16. **territi**: terti H*.

Subscr. deest.

Digitized by Google

[ALIA PRAEFATIO.

Praefatio haec continetur in codd. nostris HΘT *et in codd. Mus. Br. Reg.* I. E viii (*saec.* xi), *et Addit.* 15452 (*saec.* xiii) *etc.*; *cf. Berger, 'Les préfaces jointes aux livres de la Bible dans les MSS. de la Vulgate,'* § 258, *p.* 62; *est enim argumento infra impresso* (*p.* 40) *simillima.*

Inscr. incipit alia praefatio H; item alia praefatio (+ incipit *Add.*) Θ *Add.*; incipit ordo epistolarum T; *nihil habet Reg.*

Pauli Apostoli Epistolae numero ·XIIII· Ad Romanos ·I· Ad Corinthios ·II· Ad Galatas ·I· Ad Ephesios ·I· Ad Philippenses ·I· Ad Colosenses ·I· Ad Thessalonicenses ·II· Ad Timotheum ·II· Ad Titum ·I· Ad Philemonem ·I· Ad Hebraeos ·I·

Omnis textus uel numerus Epistolarum ad noui hominis perfectionem proficiunt. Cum Romanis ita agit Apostolus Paulus quasi cum incipientibus qui adhuc perfectae fidei rationem nescirent; sub nomine enim Saluatoris in legem fuerant inducti ut Christum profitentes legem tamen seruarent; ideoque Apostolus his quae sit uera et spiritalis fides exponit, ut a lege eos eruens in sola fide Christi illos constituat, unde aliqua de typicis rationibus insinuat, multa de scripturis diuinis. Ad Corinthios prima consequutos iam fidem obliquos et minus recte conseruantes obiurgat. Secunda ad Corinthios contristatos quidem sed emendatos ostendit. Galathas in fide ipsa peccantes et ad Iudaismum declinantes exponit. Ephesios quia incipiunt et custodiunt laudat quod ea quae acceperunt seruauerunt. Philippenses quod id quod crediderunt seruantes ad fructum peruenerunt. Colosenses laudat quia uelut ignotis scribit, et accepto nuntio ab Epaphra custodisse euangelium gratulatur. Thessalonicenses in opere et fide creuisse gloriatur. In secunda praeterea quia et persequutionem passi in

---

1. **pauli . . . hebraeos ·I·** *om.* HΘ. **pauli**: hec sunt pauli T. epistole T *Add.*, aepistolae *Reg.* ad romanos una *Add.* (*et semper* una *uel* due *pro* ·I· *et* ·II·). corintios T.

2. galathas *Reg. Add.* efesios T. philipenses *Reg.*, filipenses T. coloss. T.

3. thesal. *Reg.*, tessal. T *Add.* phylem. *Reg.*, filem. T.

4. hebreos T *Reg. Add.*; + ad laudicenses ·I· *Reg.*

5. **omnis** + autem T. aepistularum H. **noui**: unius *Reg. Add.* profectionem T.

6. proficit T *Add.* **paulus** *om.* H.

7. **qui**: quia Θ*. perfecte T. fidaei H. nescierunt H*.

8. **ut**: in H. **profitentes** + in H.

9. **quae sit**: que sid T.

10. **unde**: + *ras. unius lit.* Θ; + de T. **typicis**: fisicis T.

pro **adhuc perfectae fidei** (*l.* 7) *usque ad* **diuinis** (*l.* 11) *legunt* post gentilitatem ut initia fidei sortiantur et perueniant ad spem uitae (-te *Add.*) aeternae (eternae *Add.*) multa de phisicis rationibus multa insinuat de scripturis diuinis *Reg. Add.* (*ex argumento p.* 40 *impresso*).

11. corintios T. consecutos *Reg. Add.*, consequutus Θ. **obliquos et** *om. Reg. Add.*

12. **minus**: non *Reg. Add.* **conseruantes** T *Reg. Add.*: conuersantes HΘ; *uide p.* 40. corintios T.

13. emendatis T. galatas T. **ipsa**: a *in ras.* T. peccates *Reg.* **ad**: a HΘ*. iudaeismum H.

14. efesios T. que T *Add.*

15. acceperant *Reg. Add.* seruauerant *Add.* phylippenses *Reg.*, filipp. T. **id quod**: in quot *Reg.*

16. colossenses T. **laudat** HΘ: conlaudat *rell.* (coll. *Add.*). scripsit H* (*ut udtur*), scribsit T.

17. **ab**: ad *Reg.* epafra *Reg. Add.*, ephara T. gratolatur H. thesolonicenses H, tessalon. T; + in ·I· *Reg.*

18. preterea T *Add.* **quia**: quod *Reg. Add.* **et** *sec. om.* T. persecutionem *Reg. Add.*

Digitized by Google

fide perseuerant, quos et sanctos appellat ut illos qui in Iudaea Christum confessi persequutiones fortiter tolerarunt. Ad Timotheum prima quemadmodum agat ecclesiam; ad Timotheum secunda quemadmodum seipsum agat. Ad Titum ut creditam sibi ecclesiam recte ordinet. Ad Philemonem de Onesimo seruo qui emendatus melior factus est. Septem ergo ecclesiis scripsit sicut et Iohannes apostolus propter numerum septenarium.

EXPLICIT.]

1. **perseuerant** HΘ: -rauerint *Reg.*, -raberint T; -rauerunt *Add.* iudea T *Add.*

2. persecutiones *Reg. Add.* tolerauerunt T; *item* **tolerarunt** *sine addit. cum* HΘ *qui Epistulam ad Hebraeos in hac praefatione ignorant*: + ad hebreos (ebr. T) ad quorum (chorum T) similitudinem passi sunt thessalonicenses (tessal. T, thesal. *Reg.*) ut in mandatis perseuerantes persecutiones (persequu. T) promptissime (promtissimi T) patiantur (-untur T) T *Reg. Add.*, *cf. argumentum infra impressum p.* 40; *deinde post* patiantur + omnes ergo epistolae (-le *Add.*) pauli sunt numero ·XIIII· ad romanos (+una *Add.*)· ad corinthios (+due *Add.*)· ad galathas (+una *Add.*)· ad ephesios (+una *Add.*)· ad philippenses (+una *Add.*)· ad colosenses (+una *Add.*)· ad thesalonicenses (thessalonicenses + due *Add.*)· ad hebreos (+una *Add.*)· quos hortatur ad similitudinem thessalonicensium· haec (hec *Add.*) in canone non habetur (-entur *Reg.*)· reliquae *Reg. Add.* (*tunc pergunt* ad timotheum prima *etc*). thimotheum H, timoteum T. quemammodum T.

3. eclesiam T, aeccl. *Reg.* timoteum T. **secunda quemadmodum** (quemamm. T): *om. Reg.*

4. eclesiam T, aeccl. *Reg.* **recte** HΘT: crete *Reg. Add.* philimonem HΘ, filemonem T. honesimo T.

5. septima HΘ. eclesiis T, aeccl. H. scrip^s^it Θ (scribit Θ*), scribsit T. **septem . . . septenarium** *om. Reg. Add.*

Subscr. **explicit** *Reg.*; explicit prefatio *Add.*; *nihil habent* HΘT.

Digitized by Google

CONCORDIA EPISTULARUM SIUE CAPITULATIO DE OMNIBUS EPISTULIS.

Haec concordia, siue capitulatio de omnibus epistulis, ab ignoto quodam sed antiquitus confecta (exstat enim in codice Fuldensi) non Epistulam ad Romanos sed Epistulas ad Corinthios pro fundamento habet. 'Ad Romanos' *semel tantum laudat, ultimo scilicet capitulo, et quidem modo qui Pelagianam potius quam Paulinam doctrinam prodere uidetur; uerba enim* 'De eo quod possibile sit omnibus et necesse uniuersa mandata dominica plenissime custodire' *minus accurate sententiam sectionis* Ad Rom. vi (= *Rom.* ii. 1–28) *exprimunt. Ratio capitulationis huius modi fuit; auctor ab epistulis ad Corinthios incepit ita ut sectionibus ab illis desumptis ex aliis locos parallelos adiungeret; deinde ceteras ordine sequenti percurrit, sc. Gal., Eph., Philipp., Col., Tim., Thess. Sectiones enim epistulae ad Titum iam enumerauerat sub sectionibus aliarum epistularum parallelis; et epistulam ad Hebraeos non respicit. Uerba concordiae plerumque ex capitulationibus singularum desumpta sunt quae in codicibus* A(F)KMOVZ *exstant; quod ad Fuldensem attinet uidesis infra in tabulis capitulationum ad Romanos. Loci indicati ex iisdem tabulis in quauis epistula exquiri possunt, quas lector in editione Tischendorfiana codicis Amiatini uel editione Nestleiana totius noui Testamenti*[1] *per omnes epistulas facile inueniet.*

Notanda sunt 'De *domino* patre quod ante saecula *dominum* filium nobis promiserit' (*Cor.* I. vii, *cf. Cor.* I. xl), 'De libero et seruo in domino quod sint aequaliter *conliberti*' (*ib.* xxxvi), 'De sanctis quod quantum auaritiam fugerint tantum abundanter quod opus est debeant ad usus proprios reseruare' (*Cor.* II. xxii), 'De praesbyteris quod ipsi fuerint aliquando episcopi' (*Philipp.* i), 'De eo quod possibile sit omnibus et necesse uniuersa mandata dominica plenissime custodire' (*Rom.* vi).

Aliam et pleniorem formam huius concordiae sub titulo De his quae aliquid epistulis repetit et aliquoties comprehendit *impressit Uezzosi in Card. Thomasii Operibus, tom.* I, *pp.* 489–495, *Romae* 1747. *Exstabat in cod. Morbacensi ex quo descripsit Card. Passioneus (ib. pp.* 298, 480). *Incipit ab epistula ad Romanos et numeros capitulorum ex epistula ad Hebraeos passim immiscet; qui numeri neque cum sectionibus codicum Amiatini uel Fuldensis neque aliorum codicum nostrorum sectionibus concordant.*

Credidit S. Berger concordiam codicis Morbacensis solam integram esse[2]*; sed, nostro iudicio, recentior est et parui momenti, ab auctore quodam confecta qui concordiam ex duabus epistulis praetermissis explere uoluit; neque dignam credimus quae hoc loco iterum imprimatur.*

Concordia continetur in codd. nostris AFK (*deficit usque ad* de absentia corporis apostoli et praesentia spiritus *in* K, *pagina ex parte abscissa*) M (*sed collatio codicis nobis praesto non erat*) V; *impressit etiam Thomasius* (I, *p.* 384) *ex codd. nostro* V (*i.e. Cod. Orat.* I. B. 6), *S. Pauli, et Uat.* 4221.

Numeri capitulorum semper cum sectionibus quae in iisdem notantur codicibus consentiunt. Scriba codicis V *numeros in hisce capitulationibus pessime turbauit et mutauit; partim ut capitulationes ad alias pericopas referre faceret, partim mera ut uidetur incuria.*

Inscr. in cipit capitulatio de omnibus epistulis A; inc. concordia epistularum F, incip̄ concordia omnium. epistularum. pauli apostoli M, incipiunt canones epistolarum beati pauli apostoli V, incipiunt concordiae canonum de corpore epistolarum beati pauli apostoli *codd. ap. Thom.*

[1] *Nouum Testamentum Graece et Latine . . . curauit D. Eberhard Nestle, Stuttgart,* 1906.

[2] '*Il nous est arrivé en entier dans un seul manuscrit, autrefois conservé à Murbach et d'après lequel Vezzosi l'a publié*' (*Hist. de la Vulg. etc., p.* 209, *cf. p.* 313).

[I] De unitate ecclesiae: Ad Cor. I, ii; Ad Eph. xiiii et xv; Ad Philipp. v et vi et vii; Ad Col. xiiii.

[II] De perfectis: Ad Cor. I, ii et vii et lxiii; Ad Cor. II, xxiii; Ad Eph. i et xv; Ad Philipp. xi; Ad Col. iii et xxvi; Ad Thess. I, xxiii; Ad Tim. II, xvii.

I. **corinthios I**: corentios ·p̄· A; *et* AF *fere semper scribunt* pr̄., sēc. *pro* I, II; *post* cor. I + cāp. AFK. et *pr. om.* F. vii: + et AK. colosenses V *semper, et ita scribunt codd. nostri plures; sed* CFGRT *d g habent* colossenses.

II. ad corin. I cap. ii F; ad corintheos iii V. et *pr. om.* FV. **ad cor. II**: ad corin̄· p̄· II· A; *deinde* + cap. F; + et V. **ad philipp. xi** *restituimus* (*uide capitula ad Phil.*): *habent* xii AFKV. **thess. I, xxiii**: thess̄· p· et xxiii A; tessal I et xxiii F; thesalonicenses ·xxiii V. **tim. II**: + et V.

[III] De domino patre quod ante saecula dominum filium nobis promiserit quem postea suis temporibus declarauit: Ad Cor. I, vii; Ad Tit. i.

[IIII] De aedificio cultuque doctrinae: Ad Cor. I, xii; Ad Eph. viii et xv; Ad Col. vi et x.

[V] De sanctis hominibus quod templum sint dei: Ad Cor. I, xiii; Ad Cor. II, xviii; Ad Eph. viii.

[VI] De integritate apostoli et quod semper manibus sit operatus: Ad Cor. I, xviii et xli; Ad Cor. II, xviiii et xxv et xxvi et xxvii; Ad Thess. I, vi; Ad Thess. II, vii.

[VII] De apostoli potestate: Ad Cor. I, xxi et xxii; Ad Cor. II, xxiii et xxvii.

[VIII] De absentia corporis apostoli et praesentia spiritus: Ad Cor. I, xxii; Ad Col. v; Ad Thess. I, viii.

[VIIII] De traditione peccantium satanae: Ad Cor. I, xxiii; Ad Tim. I, iiii.

[X] De separatione sanctorum ab eis qui contra legem uiuunt: Ad Cor. I, xxiiii; Ad Cor. II, xviii; Ad Eph. xxii; Ad Thess. II, vii, viiii; Ad Tim. I, xxiii et xxvi; Ad Tim. II, xiiii.

[XI] De baptismi gratia uniuersa crimina diluente: Ad Cor. I, xxiii; Ad Tit. v.

[XII] De sanctis quod membra sint domini: Ad Cor. I, xxviiii et lv et lx; Ad Gal. v; Ad Eph. ii et xv et xxiiii et xxv; Ad Col. ii et iii.

[XIII] De libero et seruo in domino quod sint aequaliter conliberti: Ad Cor. I, xxxvi et lxi; Ad Gal. xvi; Ad Col. xiii.

[XIIII] De contemptu inanis gloriae ac praesentis: Ad Cor. I, xxxviiii; Ad Gal. xxx; Ad Philipp. vi; Ad Thess. I, v.

[XV] De domino patre quod unus est et de uno filio mediatore dei et hominum domino iesu christo: Ad Cor. I, xxxviiii; Ad Gal. xiii; Ad Eph. xiiii; Ad Tit. i et vii.

[XVI] De his qui sacrariis deseruiunt quod de sacrario debeant exhiberi: Ad Cor. I, xl; Ad Tim. I, xviiii; Ad Tit. ii et vi.

III. **tit. i**: titum ii V. *hoc capitulum iterum ante Ep. ad Titum inuenies.*

IIII. **aedificio**: d *in ras.* A. **cor. I, xii**: corintheos· 1 cāp. et xii V. colosenses iii et x V. *cf. capitulum* xii *ad* 1 *Cor.*

V. ad corintheos· II viii V. *cf. capit.* xiii *ad* 1 *Cor.*

VI. integritatem F. **ad cor. I**: *om.* I V. **xli**: xii F, lxi V. **ad cor. II, xviiii**: *ante* xviiii + cap. F, + et V: *uoluit* xviii A°. *pro* xxvii *habet lapsu* xxvi V. **ad thess. I** (+ cap. F), **vi**; **ad thess. II** (+ cap. F), **vii**: ad thesalonicenses ii et vii V; ad tesalon̄ p̄. vii A. *cf. capitt.* xviiii, xxv, xxvii *ad* 2 *Cor.*

VII. **I**: + cap. F; + et V. **xxii** *recte* F: xxiii A, xxiiii V. **II**: + cap. F. *cf. capit.* xxiii *ad* 2 *Cor.*

VIII. *om.* **corporis** *et* > apostoli absentia V. *post* **spiritus** *inc.* K. **cor. I**: + cap. F; + et KV. **col.**: + cap. F. **thess. I**: + cap. F, + et KV. **viii**: viiii *lapsu* A.

VIIII. **cor. I**: + cap. F, + et K. **iiii**: iii K.

X. **uiuunt**: ueniunt A. **cor. I**: + cap. F, + et K. **xxiiii**: xxii KV, xxv F. **cor. II**: + cap. F, + et K. **thess.** (t^h^ēss A) **II**: + cap. F; *deinde* vii et viiii F, et vii et viiii KV. **ad tim. I** (+ cap. F), **xxiii et xxvi** (xxvii A*): *om.* KV. **tim. II**: + cap. F, + et K. **xiiii**: viiii V. *cf. capitt.* xxiiii *ad* 1 *Cor.*, vii *ad* 2 *Thess.*, xxvi *ad* 1 *Tim.*

XI. deluente V. **cor. I**: + cap. F, + et K. **tit.**: + cap. F. *cf. capit.* xxvii *ad* 1 *Cor.*

XII. **cor. I** (II V): + cap. F, + et K. **xxviiii**: xxiiii *lapsu* A. lx *restituimus, refert enim sine dubio ad* 1 Cor. xii: lxi AFK, lxii V. *post* **gal.** *et* **eph.** + cap. F. *om.* **et** *quart.* V. *cf. capit.* xxviiii *ad* 1 *Cor.*

XIII. > quod sint aequaliter liberti (*sic*) in domino KV. **cor. I**: + et F. **xxxvi**: xxxvii FKV. galathas K.

XIIII. praesentibus V. **cor. I**; + et K. **xxxviiii**: xxxviii FKV. t^h^esalonicenses I; + cap. V; + et K. *cf. capit.* xxx *ad Gal.*

XV. *om.* **est** F. > christo iesu F. *om.* **domino iesu christo** KV. **cor. I**: + et K. xxxviiii *restituimus* (= 1 *Cor.* viii): xl (*sup. lin. scr.*) A, xli K; liiii V. **gal. xiii**: galatas xiiii FK; galatas i V. **eph. xiiii**: ephesios iii et v V *perperam.* **tit. i et vii**: titum i et vi KV (*sed forsan refert ad Tit.* ii. 11, *i.e.* titum iiii); *deinde* + Ad tim. I, iii V (iii *pro* vi?). *cf. capit.* vi *ad* 1 *Tim.*

XVI. **sacrariis**: sacrario K. quod + eis A. **sacrario**: sacrariis KV. debent V. exiberi K.

Digitized by Google

[XVII] De apostolo omnibus placente per omnia: Ad Cor. I, xli et lii.

[XVIII] De traditione apostolica quod a nemine debeat immutari: Ad Cor. I, liii; Ad Gal. ii; Ad Philipp. xii et xiiii; Ad Col. vi; Ad Thess. I, xiii; Ad Thess. II, iiii et vii; Ad Tim. I, iiii et viiii et xxii et xxviiii et xxx; Ad Tim. II, iii et viiii et xvi.

[XVIIII] De hereses: Ad Cor. I, lvi; Ad Gal. xxviiii; Ad Tit. viii.

[XX] De destructione prophetiae atque linguarum et omnium quae ex parte sunt cum id quod perfectum est fuerit declaratum: Ad Cor. I, lxi; Ad Eph. xv.

[XXI] De examinatione prophetiae: Ad Cor. I, lxiii; Ad Thess. I, xxii.

[XXII] De silentio mulierum in ecclesia: Ad Cor. I, lxiiii; Ad Tim. I, vii.

[XXIII] De resurrectione: Ad Cor. I, lxv; Ad Thess. I, xvii et xviiii; Ad Thess. II, i et ii.

[XXIIII] De exponendo ueterem et induendo nouum hominem: Ad Cor. I, lxv; Ad Eph. xvii; Ad Col. xiii.

[XXV] De collectis et ministerio quod fit in sanctis: Ad Cor. I, lxvi; Ad Cor. II, xxi et xxii.

[XXVI] De adulterantibus uerbum dei: Ad Cor. II, vi et viiii.

[XXVII] De commendantibus semet ipsos: Ad Cor. II, vii et xxiii.

[XXVIII] De duobus testamentis: Ad Cor. II, viii; Ad Gal. xxiii.

[XXVIIII] De deo istius saeculi: Ad Cor. II, x; Ad Eph. iii et xxx.

[XXX] De domino christo quod imago est dei: Ad Cor. II, x; Ad Philipp. v; Ad Col. ii.

[XXXI] De dissolutione terreni corporis ac praesentis: Ad Cor. II, xii; Ad Philipp. iiii; Ad Tim. II, xx.

[XXXII] De sanctis quod quantum auaritiam fugerint tantum abundanter quod opus est debeant ad usus proprios reseruare: Ad Cor. II, xxii; Ad Tim. I, xviiii et xxvii et xxviiii.

---

cor. I: + et K. tim. I + et K. xviiii; ad titum ii et: *om.* V (*ut sit* ad tim. I, vi).

XVII. cor. I: + et K. xli: xl K, xii F. lii: liii K. *cf. capit.* lii *ad* 1 *Cor.*

Subscr. **explicit argumentum** BK*c*: explicit praefatio (-cio Z) AZ; expl. feliciter F; finit amen D; habet apostolus uersus ·IIII· DCCCC ·lxvIIIϙ·.·G; *deinde* + In opera legis carnalia quae spiritaliter intellegenda sunt G;
nihil habent CMORTWϛ. *Post subscriptionem sequuntur in* Z ego iuseus hac | si indignus diacon | anc librum quem | ad opus peculiare | uolo officio sancto *litteris runicis scripta; uide Mus. Brit.* '*Catalogue of Ancient MSS., Latin*', *p.* 38.

Praefatio haec in codd. HΘ *continetur, in quibus nonum obtinet locum.*

Romani sunt in partes Italiae. Hi fidem habentes et scientiam fidei ignorantes physicas rationes consonare praedicationi apostoli uel prophetarum discunt. Scribit eis ab Athenis.

Inscr. item incipit argumentum H; item aliud argumentum Θ.
1. **hi**: his H.
Subscr. deest.

Praefatio haec inuenitur in cod. Mus. Brit. Harl. 2804 (*saec.* xii) *in quo quintum obtinet locum; uide S. Berger* '*Les préfaces jointes aux Livres de la Bible dans les MSS. de la Vulg.*' *p.* 62.

Incipit argumentum in epistolam ad romanos.

Romani qui in urbe roma in xpictū crediderant ita a falsis aptis deprauati erant· ut sub nomine dñi nostri iħu xpicti· in legem et circumcisionem inducerentur: hos reuocat ad ueram et euangelicam fidem scribens eis ab athenis.

Explicit argumentum.

1. **crediderant** *ex* -runt *correctum.*

Digitized by Google

DE SECTIONIBUS ET CAPITULIS CODICUM AMIATINI ET FULDENSIS.

Quae ratio intersit inter hos codices, quamuis quaestio non maximi momenti sit, digna tamen est inuestigatione, praesertim cum aliorum codicum historiae lucem adferat.

Concordia Euangeliorum in Fuldensi ex capitulis CLXXXII *constat, quae cum aliis capitulationibus nihil commune habent; uide E. Ranke* '*Codex Fuldensis,*' *pp.* 21–8, *et Reu. Dom. J. Chapman,* '*Early History of the Vulgate Gospels*', *Oxon.* 1908, *pp.* 84 *seqq.*

In Actibus et textus libri et capitula ad diuersas codicum familias pertinent, quamuis sectiones numero parum distent (LXX *in* A, LXXIV *in* F) *et locos libri non longe distantes tangant, immo saepe concordent. Eadem fere dici possunt de Iudae, Iohannis, et II Petri Epistulis. In I Petri uero et Iacobi Epistulis sectiones et capitula plurimum concordant.*

In Apocalypsi capitula desunt in A, *textus autem in* XXV *sectionibus distinctus est* (*quas Tischendorfius in editione sua omisit*). *Hae sectiones cum sectionibus codicis* F *concordant, qui capitulorum uice prima uerba sectionis cuiusque citat. Hinc colligas capitula huius libri olim perdita fuisse aut non exstitisse.*

In Epistula ad Hebraeos et sectiones et capitula differunt. Sectiones sunt XXXIX *in* A; *in* F *numerantur* XII *usque ad cap.* ix. 11 (Christus autem), *sed altera etiam numeratio additur sectionum breuiorum* CXXV *quae ab initio ad finem libri extenditur. Capitula tantum exstant ad sectiones longiores* XII (*cf. P. Corssen,* '*Epistula ad Galatas,*' *p.* 6).

In Epistulis Paulinis sectiones et capitula fere concordant, quamuis textus Epistularum ad diuersas familias pertineant. In Epistula ad Romanos uero in Fuldensi duae sunt capitulationes uel potius una et dimidium quamuis uno tenore scriptae. Prima (I–XXIII) *totam Epistulam tangit exceptis capp.* XV *et* XVI.[1] *Secunda* (*id est dimidium*) *a cap.* ix. 1 (ueritatem dico) *ad* xv. 4 (quaecumque) *extenditur sub numeris* XXIV *ad* LI, *et cum capitulis eorundem numerorum in codice* A *concordat. Haec etiam finem Epistulae a* xv. 4 (quaecumque) *ad* xvi. 24 (quartus frater) *neglegit. Ex quibus colligitur Epistulam in duarum familiarum apographis ad finem mancam fuisse. Notandum etiam est sectiones in textu Epistulae in* F *numeratas cum sectionibus Amiatinis* I–XXIII *non cum sectionibus quae Fuldensibus capitulis aptae forent concordare. Ex quo constat scribam primum suum inceptum deseruisse inuento alio codice quem exscribere maluit; hoc enim per incuriam accidisse non uidetur. Et hoc dolendum est cum capitulorum Fuldensium doctrina indolem theologicam ab altera capitulatione alienam prodat. Capitula* I–XXIII *forsan ad codicem quemdam ueteris uersionis pertinebant; in sectione enim* VI de occulto iudaeo *respondet Rom.* ii. 28 *ubi nos legimus* qui in abscondito *etc., et* F *habet* qui in absconso; *uide adnotata ad locum.*

[1] *Confer Sanday et Headlam,* '*Epistle to the Romans*', *Introduction, p.* xc.

CAPITULA IN

Capitula exstant in codd. ABCFHΘKMOTUVZ.

Desunt in DGLW *c d e f g edd. ant. plur.; Kesler* 1487 Incipit capitulatio siue registrum epistole Pauli ad rhomanos cuius sunt XVI capitula *habet.*

In codice R *ad initium libri uice capitulorum priora uerba sententiarum in textu Epistulae dantur;* XI *capitula enumerantur; impressit Thomasius* I, *p.* 416 *seqq.*

Inscr. incipiunt (+d *sed eras.*) breues A, inc̄. breuis ad rō. M, incipiunt capitula (kapitulae C) in epistola (aep. C, epistolae B *Reg.*) ad romanos BCT *Reg.* I. E. VIII, in apostoli nomine incipiunt capitula ad romanos Z, incipit capitulatio in epistolam (-la Θ, aepistola H) ad romanos HΘU, incip̄t cap̄ epl̄ b̄ pauli apl̄ V, inc. cap. testimoniorum subiectorum de epist. pauli apostoli ad romanos F; *nihil habent* KOR.

AKMOVZ (*cf. et Thomasium,* I, *p.* 388). *Edidimus ex codice* A, *uariis lectionibus codd. rell. in calce paginae subiunctis, iis tantum exceptis quae ad meram orthographiam spectant.*	*Mus. Br. Reg.* I. E. VIII.	B
I. De natiuitate domini secundum carnem (i. 1).	I. De natiuitate christi secundum carnem (i. 1).	
II. De fide romanorum et paulo pro eis dominum deprecante (i. 8).		I. De fide eorum quod integra sit et gratias agens deo et commemoratio in oratione eius pro eos et de aduentu eius ad eos (i. 1).
III. De gentibus grecis ac barbaris et primatu iudaeorum atque grecorum (i. 13).		
IIII. De ira dei in eos qui sunt ueritatis contrarii et cognitum deum deserunt et deseruiunt creaturae (i. 18).	II. De ira dei in eos qui sunt ueritatis contrarii (i. 18).	II. De reuelanda ira dei super eos qui impie agunt et de obscuritate sensus eorum et de imaginis corruptibilis hominis et quod traditi ignominiae et de femine et masculos (i. 18).
V. De impudicis uiris ac feminis (i. 26).		

Notae ad codd. AKM *etc.* II. depraecantem Z. IIII. *om.* de VZ[c]. deserui[u]nt A; deseruierunt VZ[c].

Digitized by Google

EPISTULAM AD ROMANOS.

Post unumquodque capitulum addidimus cap. et uers. Epistulae ad quos sectio incipit; post F *tamen, in quo sectiones in textu Epistulae, ut supra notauimus, Amiatinis non Fuldensibus capitulis respondent, dedimus eos locos ad quos reuera capitula Fuldensia spectare uidentur, a cap.* I *sc. usque ad cap.* XXIII; *post* XXIII *et capitula et sectiones cum Amiatinis congruunt.*

Ut lectoris commodo consulamus, in sexta columna posuimus capp. et uerss. Epistulae ad quos incipiunt sectiones Priscilliani de quibus supra tractauimus, pp. 20 *seqq.*

CHΘTU *Edidimus ex codice* C, *uariantibus lectionibus codd. rell. in calce paginae subiunctis, iis tantum exceptis quae ad meram orthographiam spectant.*	F	*Sectiones Priscilliani e Codice Cauensi decerptae: cf. Schepps, p.* 169.
	I. De incarnatione domini ihesu christi ante omnem euum praeordinata (=i. 1).	I. *incipit ad* Paulus seruus (i. 1). II. *ad* secundum spiritum (i. 4).
I. Paulus uocatus fidem romanorum praedicari in huniuerso mundo dicit. Quibus et suum promittit aduentum. Quod iustus ex fide uiuat (i. 1).	II. Quod pro fide romanorum qua christiani esse coeperunt deo apostolus gratias agit ut probetur fidem in deum muneris esse diuini (=i. 8). III. De eis qui cognoscentes deum creaturas pro creatore coluerunt (=i. 18).	III. *ad* quia fides (i. 8). IIII. *ad* desidero enim (i. 11). V. *ad* non enim erubesco (i. 16).
II. Quia reuelatur ira dei in eos qui creatorem agnoscere noluerunt. Tradendo eos desideriis suis (i. 18).	IIII. De his qui sua crimina in aliorum actione condemnant et ipsi in suam impietate persistunt (=ii. 1).	VI. *ad* super omnem (i. 18). VII. *ad* a creatura (i. 20). VIII. *ad* ut sint (i. 20).
	V. De lege litterae et de lege naturae quibus omne hominum genus una condicione concluditur (=ii. 14).	VIIII. *ad* propter quod (i. 24). X. *ad* et mercedem (i. 27).

Notae ad codd. CH *etc.* I. suum: spiritu HΘ. aduentum + et HΘU. II. reueletur H. tradendos U (dos *sup. lin. scr.*).

Digitized by Google

AKMOVZ (*cf. et Thomasium,* I, *p.* 388).	*Mus. Br. Reg.* I. E. VIII.	B
VI. De his iudicibus qui mala quae alios prohibuerint ipsi committunt et patientia dei ad paenitentiam reuocante et poenis male operantium et gloria operantium bonitatem et quod non prosit circumcisio transgredientibus legem nec obsit praeputium gentibus naturaliter deum summum colentibus et custodientibus aequitatem (ii. 1).	III. De iniquis iudicibus quae alios prohibuerint ipsi committunt (ii. 1). IIII. De eo quod non prosit circumcisio transgredientibus legem (ii. 14).	III. De non iudicandum ea quae ipse agis (ii. 1). IIII. De gentes quae legem non habent et quod ipsi sibi sunt lex (ii. 14).
VII. De iudaeo quid amplius habeat et quid ceteris gentibus antecellat (iii. 1).	V. De iudeo quid amplius habeat et cui ceteris gentibus (iii. 1).	V. De iudaeis quod circumcisio prodesit et quod deus uerax homo autem mendax (iii. 1).
VIII. De humana calumnia aduersus iudicium dei et dicentibus faciamus mala ut ueniant bona (iii. 5).		
VIIII. De iudaeis et grecis omnibus peccato constrictis et de iustitia dei per fidem domini iesu christi (iii. 9).	VI. De iudaeis et grecis omnibus peccatis constrictis (iii. 9).	VI. De iudaeis et grecis quod omnes sunt sub peccato · et quod bonum non operentur quia iesus christus uenit in mundum (iii. 9).
X. De iustificatione hominis per fidem sine operibus (iii. 27).	VII. De iustificatione hominis per fidem (iii. 27).	VII. De fide et iustitia et quod reputata sit fides ad iustitiae abrahae et de dauid dicente (iii. 27). VIII. De praeputium et cir-

Notae ad codd. AKM *etc.* VI. **his** A : iniquis *rell.* **mala** : male Z*. **quae** : qui M. prohibuerunt MVZ^c. **et** *pr. sine add.* A : + de *rell.* reuocantem MVZ. **et poenis** (o *in ras.* A) *usque ad finem capituli om.* V, *improbauit* Z^o. **male** : malae A*. **operantium** *pr.* : + iniquitatem O. **et gloria** (– iae A) : gloriae (*sine* **et**) Z. *om.* **et glor. oper. bonitatem** O. **bonitatem et** + quo M* (*sed erasum*). **et custodientibus** *bis scr.* M* (*pr. eras.*). VII. **quid** *pr.* : qui M*Z*; quod VZ^o. **et** *om.* Z*. **quid** *sec.* : quod Z*. VIII. ueniad Z*. VIIII. **peccato** : peccata M*. **de** *sec. om.* V. iustitiae VZ^o. **domini** : *om.* KVZ^c; + nostri O. X. hominum KV.

Digitized by Google

CHΘTU

III. Quia personarum acceptio non est aput deum. De his qui aut in lege aut sine lege peccauerunt. Et quod gentes naturaliter quae legis sunt faciunt. Et de iudaeo qui gloriatur in lege. Non enim qui in manifesto iudaeus est (ii. 11).

IIII. Quid hamplius iudaeo. est autem deus uerax. et numquid iniquus deus . et qui dicunt faciamus mala . et quia non est iustus quisquam. Homne hos hobstruatur. Quia non ex hoperibus legis sed ex fide christi iustificentur credentes (iii. 1).

V. De abraham quia credidit deo. et de beatitudine hominis quia non per legem promissio abrahe sed ex fide qua contra spem credidit (iv. 1).

F

VI. De occulto iudaeo et spiritaliter circumcisio cui plurimum per intellegentiam prosunt statuta legalia (=ii. 28).

VII. De generali remissione peccatorum qua nemo non indiget quam sola confert · gratia dei per fidem christi quoniam lex peccatum ostendit · cauendum non delet admissum (=iii. 21).

VIII. Quod beatus abraham priusquam praeceptum circumcisionis acciperet fidem iustificatus sit et non secundum carnis propaginem sed secundum fidei unitatem factus sit· Omnium gentium pater quia in abrahae semine quod est christus erat futura benedictio (=iv. 1).

VIIII. De perseuerantia fidei · cuius fortitudo est pax et dilectio dei (=v. 1).

X. De peccato adae quod in omnes homines sine cuiusquam exceptione transibit nec euacuatur nisi in christo ihesu qui solus sic humana

Sectiones Priscilliani e Codice Cauensi decerptae.

XI. *incipit ad* propter quod (ii. 1).

XII. *ad* an diuitias (ii. 4).

XIII. *ad* secundum (ii. 5).

XIIII. *ad* non enim (ii. 13).

XV. *ad* cum enim (ii. 14).

XVI. *ad* si autem tu (ii. 17).

XVII. *ad* non enim qui (ii. 28).

XVIII. *ad* quid ergo (iii. 1).

XVIIII. *ad* si autem (iii. 5).

XX. *ad* scimus autem (iii. 19).

XXI. *ad* per legem (iii. 20).

XXII. *ad* iustificati (iii. 24).

XXIII. *ad* ubi est ergo (iii. 27).

XXIIII. *ad* an iudaeorum (iii. 29).

XXV. *ad* legem ergo (iii. 31).

XXVI. *ad* quid ergo (iv. 1).

XXVII. *ad* ei autem (iv. 4).

XXVIII. *ad* beati (iv. 7).

XXVIIII. *ad* et signum (iv. 11).

XXX. *ad* non enim per (iv. 13).

Notae ad codd. CH *etc.* III. **non** *pr.*: n (*deinde spatium sine rasura*) H. **est** *pr.*: sit HΘU. **faciant** HΘU. **iudaeo**: iude T; iudaeis HΘ; indicio *lapsu* C. **gloriantur** HΘ. IIII. *om.* **qui** T. **quisquam**: + ut HΘU. **hobstruatur**: + et HΘU. **quia** *sec.*: qui T. V. **quia** *pr.*: qui T **qua**: quae Θ.

Notae ad cod. F. VII. **gratia**: gratiam F. VIIII. **dilectio**: dilecti F*.

AKMOVZ (*cf. et Thomasium*, I, *p.* 388).	*Mus. Br. Reg.* I. E. VIII.	B
		cumcisio • et signaculum fidei • et quod abraham pater sit multarum gentium (iv. 9).
XI. De gloriatione spei gloriae dei pariter gloriatione tribulationis (v. 1).	VIII. De gloriatione spei gloriae dei (iv. 9).	VIIII. De pacem habendam ad deum et quod sint sancti et omnia sustinentes propter christum qui pro eis mortuus est (v. 1).
XII. De passione domini pro impiis nobis et praeuaricatione hominis peccatoris adae (v. 6).	VIIII. De morte regnante ab adam usque ad moysen (v. 1).	
XIII. De morte regnante ab adam usque ad moysen et in eos qui non peccauerunt in similitudine praeuaricationis adae (v. 14).		X. De adae peccatum et mortis et quod per unum iesum christum iustitia abundabit (v. 12).
XIIII. De differentia magnitudinis peccati adae humanum genus secum pariter deponentis ad mortem et gratiae domini apud se credentes omnes in se releuantes ad uitam et gloriam sempiternam (v. 17).		
XV. De baptizatis quod in morte domini sint baptizati uiuant autem non peccato cui iam mortui sunt sed iustitiae dei cui renati sunt et resurrectione domini nostri iesu christi (vi. 3).	X. De baptizatis quod in mortem domini sint baptizati (v. 12).	XI. De non permanendum in peccato et quod sint baptizati in christo (vi. 1).

Notae ad codd. AKM *etc.* XI. spe V. **pariter** + et K. tribulatione A* (– nis *cor.*). XII. **et** *om. lapsu* A. XIII. **et** *om.* VZ^{c}. non *om.* Z*. **similitudine**: mi *sup. lin.* M; similitudinem KOZ. XIIII. *In textu cap.* xiiii *inc. ad* v. 17 *in* A, *ad* v. 15 *in* FVZ. differentiam A*. **adae**: iudae AO. **humanum**: hominum Z*. deponentes Z*; deponente VZ^{c}. **et** *pr. om. lapsu* A. **domini**: dei KVZ^{c}. **apud se** *om.* M. **releuantes** A (l *sup. lin.*; *perperam* -tis *Tisch.*) MOZ: releuantis K; reuelantes V. XV. **sunt** VZ^{c}. babtizati V; *et inc. cap.* xvi *ad* **uiuant**. **iam**: *om.* VZ^{c}. renatai A* (a *sec. expunct.*). **et**: ex (*forsan recte*) KVZ^{c}; in M. **resurrectione**: o *sup. lin.* A. **nostri** A*: *om.* A^{c}KMOVZ.

Digitized by Google

CHΘTU	F	*Sectiones Priscilliani e Codice Cauensi decerptae.*
	naturam recepit ut eum contagia ueteris originis non tenerent · et sicut per unius peccatum fuerit ingressa mors omnium · Ita per unius iustitia repararetur uita cunctorum (= v. 12).	XXXI. *incipit ad* si enim qui (iv. 14). XXXII. *ad* ubi (iv. 15). XXXIII. *ad* secundum quod (iv. 18).
VI. Iustificati igitur ex fide . et christus secundum tempus pro impiis mortuus est . et per hunum hominem mors . et regnauit mors ab adam . et hubi abundauit delictum . et hut hultra non seruiamus peccato (v. 1).	XI. De sacramento baptismi in quo morimur peccato ut uiuamus deo (= vi. 3).	XXXIIII. *ad* non est (iv. 23).
	XII. De stipendio peccati et de retributione gratiae dei (= vi. 23).	XXXV. *ad* non solum autem (v. 3).
	XIII. De concupiscentiis carnis quae legis prohibitione creuerunt (= vii. 7).	XXXVI. *ad* ut quid enim (v. 6). XXXVII. *ad* propterea sicut (v. 12).
	XIIII. Quo trahat carnalis prudentia et quo mens cui spiritus dei est rector ascendat (= viii. 6).	XXXVIII. *ad* sed non sicut (v. 15). XXXVIIII. *non notatur* (*sed* v. 20 *teste Schepps*).
VII. Si mortui sumus cum christo uiuimus cum christo quia iam non morietur et non est sub lege . et serui estis cui hoboedistis . Et sicut exibuistis membra uestra iniquitati . nam finis illorum mors est (vi. 8).	XV. De excellentia glorificationum in aeterna beatitudine tribuendarum quae praesentium passionum quas sancti sustinent meritum omne transcendent expectante omne creatura per spei fortitudinem promissionis dei (= viii. 18).	XL. *ad* an ignoratis (vi. 3). XLI. *ad* hoc scientes (vi. 6). XLII. *ad* si autem (vi. 8). XLIII. *ad* ita et uos (vi. 11).

Notae ad codd. CHΘ *etc.* VI. **iustificatur** T. **habundabit** T. **hut**: *om.* HΘTU. VII. *om.* **iam** U. **moritur** HΘ. **est**: estis HΘU. **oboeditis** HΘ.
Notae ad cod. F. XV. **omne**: omni *cor.*

Digitized by Google

AKMOVZ (*cf. et Thomasium*, I, *p.* 388).	*Mus. Br. Reg.* I. E. VIII.	B
XVI. De fidelibus quod non sint sub lege sed sub gratia et quod liberati a seruitute peccati sint serui iustitiae dei (vi. 12).	XI. De fidelibus quod non sint sub lege sed sub gratia (vi. 1).	XII. De non peccandum et quod sint semper sancti sine reprehensio (vi. 12).
XVII. De homine quamdiu uiuit uinculo legis adstricto et in passione domini pariter moriente ut a lege sit liber (vii. 1).	XII. De homine uinculo legis adstricto (vi. 12).	XIII. De lege dominationis et de mulieris alligatione ad uirum (vii. 1).
XVIII. De disputatione carnis et carnalium operum et spiritus ac spiritalium sanctitate (vii. 14).	XIII. De disputatione carnalium operum et spiritus (vii. 1).	XIIII. De lege spiritali et de paulo agente contra malum (vii. 14).
XIX. De sanctis quod non carnis sint debitores sed spiritus et quod non spiritum timoris accip:rint sed adoptionis filiorum dei (viii. 6).	XIIII. De sanctis quod non carne sint debitores sed spiritus (vii. 25 *b* igitur).	XV. De apostolo seruiente deo et dei (de*) filium damnante peccatum in carne (vii. 25 *b* igitur).
XX. De differentia passionum et praesentiae et futurae a seruitute corruptionis liberari cupientes et de spe et de spiritu pro sanctis gemitibus qui uerbis deprimi non possunt ambitiosius postulante (viii. 15).	XV. De differentia passionum et presentia et futurae (viii. 18).	XVI. De expectatione reuelationum filiorum dei et de uanitate subiec (*reliqua desunt*; viii. 18).

Notae ad codd. AKM *etc.* XVI. *est* XVII. *in* V *et similiter sequentia* (*in capitulationibus, non in textu epistulae*). **sint** *pr.* (n *sup. lin.* A): sunt VZ°. gratiae A*. **sint** *sec.*: facti sunt KOVZ, facti sint M. XVII. **adstricto**: abscripto VZ^c^. **a lege** *plur.* (*etiam* A; *perperam omisit* **a** *Tisch.*): *om.* **a** Z. XVIII. **et carnalium** *bis scr.* A*, *pr. expunct.* XIX. **carnis**: carni KMVZ^c^, carnes Z*. **sint**: sunt VZ°. **spiritus**: spiritui KMO. **et quod n. sp. timoris** *om.* O. **spiritum**: spiritu Z*. acceperint KMO. adobtionem M. *In textu epistulae inc. cap.* XVIIII *ad* vii. 22 *in* V. XX. *In textu inc. cap.* XX. *ad* viii. 15 *in* A; *lapsu Tisch. ad* viii. 15 *et iterum ad* viii. 17. **et** *pr. om.* KM. presentium KM. **futurae** + gloriae KM. **a**: ac O; et MVZ°; et a K. cupiente KVZ^c^; cupientibus M. **gemitibus**: gentibus V. **deprimi**: promi Z* (deprimi Z²); exprimi KMVZ^c^. postulantem OZ* (posto.).

Digitized by Google

CHΘTU

VIII. De muliere quae sub uiro est. Hut seruiamus in nouitate spiritus . nam concupiscentiam nesciebam . et scimus quia lex spiritalis est. Et uideo aliam legem in membris meis (vii. 1).

VIIII. Lex spiritus uitae et de peccato damnauit peccatum . nam prudentia carnis mors est. Et si quis spiritum christi non abet hic non est eius. Et qui spiritu dei habuntur filii sunt dei . et spiritus testimonium reddit spiritui nostro (viii. 1).

X. Quia non sint condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam . et uanitati creatura subiecta est . et spe salbi facti sumus . Et quid horemus nescimus . Et quia spiritus postulat pro sanctis. Et quia diligentibus deum homnia cohoperantur in bonum (viii. 18).

F

XVI. De gratia dei qui electis suis adque praescitis per spiritum sanctum effectum et scientiam praestat orandi et per caritatem dei insuperabiles facit (= viii. 26).

XVII. De filiis promissionis quos apostolus mirabilis caritatem etiam sui detrimento optat adquirere specialem curam pro suae gentis salutem suscipiens (= ix. 1).

XVIII. In electione siue iudaeorum siue gentilium nullam christianae gratiae esse distantiam et parem utrique populo tribui misericordiam· quia omnis homo renouatus in christo adoptionis est filius (= x. 5).

XVIIII. Quod gentium populus fide iustificatus non ita in suis uocatione debeat gloriari ut non se propter offensam israheliticae plebis extollat (= xi. 13).

XX. De obscecatione iudaeorum quod operae gratiae dei in lumine gentium profuit (= xi. 25).

Sectiones Priscilliani e Codice Cauensi decerptae.

XLIIII. *incipit ad* peccatum enim (vi. 14).

XLV. *ad* humanum dico (vi. 19).

XLVI. *ad* liberi (vi. 20).

XLVII. *ad* stipendia (vi. 23).

XLVIII. *ad* an ignoratis (vii. 1).

XLVIIII. *ad* scimus (vii. 14).

L. *ad* non enim (vii. 19).

LI. *ad* igitur ego ipse (vii. 25).

LII. *non notatur* (*sed* viii. 1 *teste Schepps*).

LIII. *ad* nam quod (viii. 3).

LIIII. *ad* qui enim secundum (viii. 5).

LV. *ad* si autem christus (viii. 10).

LVI. *ad* spiritus uero (viii. 10).

LVII. *ad* propter inhabitantem (viii. 11).

LVIII. *ad* quicumque enim (viii. 14).

LVIIII. *ad* sed accepistis (viii. 15).

LX. *ad* existimo enim (viii. 18).

LXI. *ad* nam expectatio (viii. 19).

LXII. *ad* quia et ipsa (viii. 21).

LXIII. *ad* scimus enim (viii. 22).

Notae ad codd. CHΘ *etc.* VIII. **quia**: quod HΘU. **uideo**: ideo T. VIIII. **spiritu**: spiritum HΘ. **habuntur** C: aguntur *rell.* reddet HΘ. X. sunt HU. *om.* **ad futuram gloriam** HΘU. **et spe**: *om.* et T. **et quia spiritus**: *om.* quia U. **sanctis**: nobis T. **in bonum**: bono T.

Digitized by Google

AKMOVZ (*cf. et Thomasium,* I, *p.* 388).	*Mus. Br. Reg.* I. E. VIII.	B
XXI. De praedestinatis conformibus filii dei (viii. 24).	XVI. De predestinatis conformibus filii dei (viii. 28).	XVII. De diligentibus deum et sanctis quos iustificauit (viii. 28).
XXII. De deo quod pro nobis filio proprio non pepercit (viii. 30).		
XXIII. De inpossibilitate separationis hominis christiani a dilectione domini nostri iesu christi (viii. 33).		
XXIIII. De testificatione pauli doloris et de tristitia pro iudaeis (ix. 1).	XVII. De testificatione pauli doloris et tristitiae (ix. 1).	XVIII. De apostoli ueritate et tristitia et de israhel (ix. 1).
XXV. De duobus populis (ix. 6).		
XXVI. De uoluntate dei quod quem uult indurat et cui uult clementissime miseretur (ix. 14).	XVIII. De uoluntate dei quem uult indurat et cui uult miseretur (ix. 16).	
XXVII. De comparatione figmenti et figuli (ix. 18).		XVIIII. De uoluntate dei quod israhel de aegypto eripuit (ix. 18).
XXVIII. De uasis irae ac misericordiae et gentium uocatione (ix. 22).		

Notae ad codd. AKM *etc.* XXI. **praedest.** *ex* praedist. A. **conformibus** (confirm. A*) : conformi solius V. XXII. **filio** + suo VZ°. **proprio** *om.* V. > proprio filio O. XXIII. **a** : *om.* M*V ; in *lapsu* A. **dilectione** : lectione V. XXIIII. **de** *sec. om.* KOVZ. tristitiae KMOVZ. **pro iudaeis** : pauli Z* (*sed corr.*). **de testificatione p. d. et de tristitia** *in cap.* XXIII *includuntur in* O, *ita ut cap.* XXIIII *sit tantum* pro iudaeis. XXVIII. **ac** : ad V*. **uocatione** : o *pr. in ras.* A ; uocationem O ; isrl V.

Digitized by Google

CHΘTU

XI. Quia hobtaret anathema esse pro fratribus. Et quorum patres ex quibus christus. Et non homnes qui ex srahel hii sunt srahelitae. Et de iacob et esauh · et de faraone. et uocabo non plebem meam. et sifu erit numerus sraelh (ix. 1).

F

XXI. In quam obseruantiam mandatorum dei per apostolicam praedicationem uniuersalis ecclesia dirigatur et qua caritate omnes fideles sibi debeant esse connexi et nullus nisi in domino glorietur (= xii. 1).

XXII. De mundanis potestatibus honorandis quia oportet oboediri. his quibus ad mundanum regumen dominus tribuit potestate (= xiii. 1).

XXIII. Quod fideles dei non debeant inuicem iudicare cum unusquisque secundum regulas mandatorum ipsa se debeat diuino iudicio praeparare ut ante tribunal dei sine confusione possit operum suorum praestare rationem (= xiv. 1).

XXIIII. De testificatione pauli doloris et tristitiae pro iudaeis (ix. 1).

XXV. De duobus populis (ix. 6).

XXVI. De uoluntate dei quod quem uult · indurat et cui uult clementissime miseretur (ix. 14).

XXVII. De conparatione figmenti et figuli (ix. 18).

XXVIII. De uasis irae ac misericordiae et gentium uocatione (ix. 22).

Sectiones Priscilliani e Codice Cauensi decerptae.

LXIIII. *incipit ad* spes autem quae (viii. 24).

LXV. *ad* scimus autem (viii. 28).

LXVI. *ad* quomodo non (viii. 32; *sed* viii. 31 *teste Schepps*).

LXVII. *non notatur* (*sed* viii. 32 *teste Schepps*).

LXVIII. *ad* christus iesus (viii. 34).

LXVIIII. *ad* ueritatem dico (ix. 1).

LXX. *ad* quorum adoptio (ix. 4).

LXXI. *ad* non autem quod (ix. 6).

LXXII. *ad* id est non qui (ix. 8).

LXXIII. *ad* cum enim nondum (ix. 11).

LXXIIII. *ad* igitur non uolentis (ix. 16).

Notae ad codd. CHΘ *etc.* XI. **et** *pr. om.* HΘU. **omnis** U. **srahel** + sunt HΘU. **srahelitae** : israhel HΘ. **esau** *in ras. scr.* H (*forsan* isaac H*). **et de faraone . . . sraelh** *atramento pallidiore scriptum in* C. **numerus** + filiorum U.

AKMOVZ (*cf. et Thomasium*, I, *p.* 388).	*Mus. Br. Reg.* I. E. VIII.	B
XXIX. De esaia clamante pro populo israhel (ix. 26).		
XXX. De gentibus iustitiam fidei conprehendentibus et iudaeis offendentibus in lapidem offensionis (ix. 30).	XIX. De gentibus iuxta fide conpraehendentibus (xi. 1).	XX. De israhel quod non tenerent iustitiam et de scriptura qui credit (ix. 30).
XXXI. De paulo testimonium perhibente quod iudaei aemulationem dei habeant ignorantes et quod finis sit dominus christus (x. 1).		
XXXII. De iustitia legis et iustitia fidei (x. 5).		
XXXIII. De incredulitate iudaeorum et gentium fide (x. 14).		
XXXIIII. De iudaeis quod non sint repulsi a deo (xi. 1).	XX. De iudaeis quod non sunt repulsi a deo (xi. 11).	XXI. De apostolo quod israhelita est ex semine abrahae et de helia (xi. 1).
XXXV. De duritia iudaeorum (xi. 7).		
XXXVI. De iudaeorum delicto cum sit gentibus salus quanto magis erit plenitudo eorum (xi. 11).	XXI. De iudaeorum delicta cum sit gentibus salus (xi. 25).	XXII. De israhel offendiculum et de ipsum apostolo et de ramos (xi. 11).
XXXVII. De apostolo reuelante iudaeos conparatione oliuae arboris et gentes ab elatione animi reprimente (xi. 13).		

Notae ad codd. AKM *etc.* XXIX. *In textu inc. cap.* XXIX *ad* ix. 26 *in* A, *ad* ix. 27 *in* V. **isaie clamantem** Z*. **israhel** *om.* V (*uide supra ad cap.* XXVIII; *scriba per incuriam adposuit uocem* isr̄l *ad finem praecedentis capituli*). XXXI. habent M. **sit** *sine addit.* A (*sic*) MOZ*: + legis KVZ° (*perperam Tisch. in editione sua codicis* A *addidit* legis). XXXII. fidaei A. *inc. cap.* XXXII *ad* x. 14, *non ad* x. 5, *in* V. XXXIIII. = *cap.* XXXIII *ad* xi. 1 *in textu epistulae in* V, *et similiter sequentia capitula.* **sint**: sit K; sunt V. **repulsi**: praepulsi *lapsu* A. XXXVI. delicta Z* (*sed corr.*). **eorum** *om.* Z*. XXXVII. **reuelante**: releuante KM. conparationem KVZ. **ab elatione**: apellatione Z* (*sed corr.*). anime Z*.

Digitized by Google

CHΘTU

XII. Nisi dominus reliquisset nobis semen. Et srahel in legem iustitiae non peruenit. Et ecce pono in syon lapidem. Et uolumtas cordis mei et hobsecratio pro illis. Et finis legis christus. Et ne dixeris in corde tuo quis ascendit. Et corde creditur ad iustitiam. Et quomodo credent ei quem non audierunt. Et numquid srahel non cognouit (ix. 29).

XIII. Et ego srahelita sum. Et in Helia quid dicit. Et si autem gratia non ex hoperibus. Et dedit illis spiritum compunctionis. Et si delictum illorum diuitiae sunt mundi. Et de holiua et holeastro. Et quia caecitas ex parte contigit in srahel (xi. 1).

F

XXVIIII. De esaia clamante pro populo israhel (ix. 26).

XXX. De gentibus iustitiam fidei conprehendentibus et iudaeis offendentibus in lapidem offensionis (ix. 30).

XXXI. De paulo testimonium perhibente . quod iudaei · aemulationem dei habeant ignorantes et quod finis sit dominus christus (x. 1).

XXXII. De iustitia legis et iustitia fidei (x. 5).

XXXIII. De incredulitate iudaeorum et gentium fide (x. 14).

XXXIIII. De iudaeis quod non sint repulsi a deo (xi. 1).

XXXV. De duritia iudaeorum (xi. 7).

XXXVI. De iudaeorum delicto cum sit gentibus salus · quanto magis erit plenitudo eorum (xi. 11).

XXXVII. De apostolo reuelante iudaeos conparatione oliuae arboris et gentes a uelatione animi reprimente (xi. 13).

Sectiones Priscilliani e Codice Cauensi decerptae.

LXXV. *incipit ad* quid ergo dicemus (ix. 30).

LXXVI. *ad* fratres uoluntas (x. 1).

LXXVII. *ad* iustitiae dei (x. 3).

LXXVIII. *ad* finis enim legis (x. 4).

LXXVIIII. *ad* hoc est uerbum (x. 8).

LXXX. *ad* aut quomodo (x. 14).

LXXXI. *ad* ergo fides (x. 17).

LXXXII. *ad* sed dico (x. 19).

LXXXIII. *ad* dico ergo (xi. 1).

LXXXIIII. *ad* sed quid dicit (xi. 4).

LXXXV. *ad* sicut scriptum (xi. 8).

LXXXVI. *ad* dico ergo (xi. 11).

LXXXVII. *ad* uobis enim (xi. 13).

LXXXVIII. *ad* si enim amissio (xi. 15).

Notae ad codd. CHΘ *etc.* XII. **nobis** : semen *lapsu* H. **hobsecratio** : obseruatio H. **ascendit** : ascendet U^2. **creditur** : traditur H. **et quomodo** : *om.* **et** T*. credunt HΘ. XIII. **dedit illis** + deus HΘ. **et holeastro** : et de oleastro T. contingit HΘ.

Notae ad cod. F. XXX. **et iudaeis . . . offensionis** *in ras. scr. est.*

AKMOVZ (*cf. et Thomasium*, I, *p.* 388).	*Mus. Br. Reg.* I. E. VIII.	B
XXXVIII. De salute omnium iudaeorum (xi. 25).	XXII. De salute iudaeorum (xii. 1).	XXIII. De non ipsi sapientes sibi et cecitate israhel (xi. 25).
XXXIX. De inpossibilitate sciendi secretorum scientiam dei (xi. 33).		
XL. De apostolo obsecrante sanctos ut corpora sua exhibeant hostiam deo (xii. 1).	XXIII. De apostolo obsecrante sanctos ut corpora sua exhibeant hostiam deo (xiii. 1).	XXIIII. De sanctis quod non malum imitari debeant (xii. 1).
XLI. De falsa et uera sapientia (xii. 3).		
XLII. De ecclesia et conparatione cordis adque membrorum quae in hoc capite sunt de diuersitate donorum et dilectione de odio mali et conluctatione boni de caritate de obsequio de sollicitudine de feruore spiritus de tempore seruiendo de spei gaudio de patientia tribulationis de instantia orationis de communicatione sanctorum memoriis de hospitalitate de benedicendo et abstinentia maledicendi gaudio cum gaudentibus fletu cum flentibus de unitate de humilitate de non reddenda iniuria de prouisione bonorum coram deo et hominibus de pace si fieri potest cum		

Notae ad codd. AKM *etc.* XXXVIII. *Ad* xi. 25 *iterum cap.* XXXVI *in* V, *et* XXXVII *ad* xi. 33 *etc.* **omnium** : mundi Z^* (*sed corr.*). XXXIX. **scientiam** A : scientiae KMOVZ. XL. **obsecrante** A^cKMV, -tes OZ^* : obseruante A^*. **deo** : domino M. XLII. **et** *pr. sup. lin.* M. **cordis** : corporis KM. *om.* **quae** OVZ ; *om.* **quae in h. c. sunt** KM. *Inc. cap.* XLIIII **de diuers. don.** O^1V (*om.* XLIII O ; *de numeris in* V *uide supra p.* 50, *sed notandum est in textu epistulae totam pericopen* xii. 4–21 *in una sectione conprehensam esse sub numero* XL, *ita ut incipiat noua sectio ad* xiii. 1 *sub numero* XLI). de (*pro* et) **dilectione** *est* XLV *in* O ; **de odio mali** XLVI *in* O^1, XLV *in* V. **conluctatione** : coniunctione KOVZ. **de caritate** *est* XLVII *in* O, XLVI *in* V. **de** (et K) **obsequio** *est* XLVII *in* V ; **de sollicitudine** XLVIII *in* O^1V ; + et V. **de feruore** : et feruore K. **tempore** : domino KM (*deficit* Z). seruiendum M. **de temp. seru.** *est* XLVIIII *in* OV. **de** (et K) **spei gaudio** *est* L *in* O^1V ; **de patientia trib.** LI *in* OV. **de instantia** : et instantia K. **orationis** (erationis V) : operationis KOZ^*. **de inst. orat.** *est* LII *in* V. **de comm. sanct. mem.** : *om.* Z^* ; + *sup. lin.* Z^o, *sed restant tantum* de communication. **de comm. s.** *est* LIII *in* V. **de** (et K) **hospitalitate** *est* LIIII *in* OV. **de bened.** *est cap.* LV *in* V. **gaudio** : de gaudio KMVZ ; [de] **gaudio** *est cap.* LVI *in* V. **cum** *pr. om.* Z^*. **gaudentibus** + ac KMOVZ. **de unitate** *est cap.* LV *in* O, LVII *in* V. **de humil.** AZ^* : et humil. K, et de humil. VZ^c. **de non redd.** : *om.* de O ; et de non redd. K. **iniuria** : iniugia V^*. **de non redd. ini.** *est cap.* LVIII *in* V. **prouisione** : promissione KV. **de prouis.** *est cap.* LVI *in* O, LVIIII *in* V. **de pace** *est cap.* LVII *in* O, LX *in* V. **pace** + et K.

Digitized by Google

CHΘTU	F	*Sectiones Priscilliani e Codice Cauensi decerptae.*
	XXXVIII. De salute omnium iudaeorum (xi. 25).	LXXXVIIII. *ad* nolo enim (xi. 25).
XIIII. O altitudo diuitiarum. Et hobsecro itaque uos fratres. Et non plus sapere. Et habentes donationes secundum gratiam. Et nulli malum pro malo reddentes. Et mihi uindictam (xi. 33).	XXXVIIII. De inpossibilitate sciendi secretorum scientiae dei (xi. 33).	XC. *ad* conclusit enim (xi. 32). XCI. *ad* o altitudo (xi. 33). XCII. *ad* obsecro (xii. 1).
	XL. De apostolo obsecrante sanctos ut corpora sua exhibeant hostia deo (xii. 1).	
	XLI. De falsa et uera sapientia (xii. 3).	XCIII. *ad* dico enim (xii. 3). XCIIII. *ad* non plus sapere (xii. 3).
	XLII. De ecclesia et conparatione cordis adque membrorum in hoc capite sunt de diuersitate donorum et dilectione· de odio mali et coniunctione boni· de caritate de obsequio· de sollicitudine de feruore spiritus de tempore seruiendo· de spei gaudio· de patientia tribulationis· de instantia orationis· de communicatione sanctorum memoriis· de hospitalitate· de benedicendo et abstinentia male dicendi· de gaudio cum gaudentibus· ac fletum cum flentibus de unitate· de humilitate· de non reddenda iniuria de prouisione bonorum coram deo et	XCV. *ad* odientes malum (xii. 9). XCVI. *ad* domino seruientes (xii. 11). XCVII. *ad* prouidentes bona (xii. 17). XCVIII. *ad* non uosmetipsos (xii. 19). XCVIIII. *ad* noli uinci (xii. 21).

Notae ad codd. CHΘ *etc.* XIIII. **uindictam**: + et ego retribuam U.

AKMOVZ (*cf. et Thomasium,* I, *p.* 388).	*Mus. Br. Reg.* I. E. VIII.	B
omnibus hominibus de uindicta a domino spectanda (xii. 4).		
XLIII. De subiectione erga principes et potestates (xiii. 1).		XXV. De subiectione potestatum a deo et quod singulis debitum reddant (xiii. 1).
XLIIII. De redditione unicuique omnium debitorum (xiii. 7).	XXIIII. De redditione unicuique omnium debitore (xiv. 19).	
XLV. De uigilantia et exercitio fidei et sobrietate et continentia (xiii. 11).		
XLVI. De neglegentia et traditione carnis et de manducantibus ac non manducantibus et iudicantibus alternos uel uniuersos dies (xiii. 14 *b*).		
XLVII. De omnibus quod non sibi sed deo aut moriantur aut uiuant (xiv. 7).		
XLVIII. De passione domini et potestate et quod nec edens non edentem et nec non manducans manducantem debeat iudicare (xiv. 9).		
XLVIIII. De eo quod nihil commune est nisi ei qui existimat esse commune (xiv. 14).		

Notae ad codd. AKM *etc.* XLII. **hominibus** + et K. **de uindicta** *est cap.* LVIII *in* O, LXI *in* V. **spectanda** (-do A*) : expectanda KMOVZ. XLIII. subiectiones O. *cap.* XLIII *est* LVIIII *in* O, LXII *in* V (XLI *in textu epistulae*). XLIIII. debitorem OZ*. *cap.* XLIIII *est* LX *in* O, LXIII *in* V (XLII *in textu ep.*). XLV. uigilantiae O. *om.* et *pr.* Z. *cap.* XLV *est* LXI *in* O, LXIIII *in* V (XLIII *in textu ep.*); *item capp.* XLIII, XLIIII, XLV *in unum coniunguntur in* Z. XLVI. traditiones M, -nis O. **ac** : hoc O. *om.* **et iudicantibus** V. *om.* uel M*. *cap.* XLVI *est* LXII *in* O, LXV *in* V (XLIIII *in textu ep., et inc. ad* xiv. 1), XLIIII *in* Z. *cap.* XLVII *est* LXIII *in* O, LXVI *in* V (XLV *in textu ep.*), XLV *in* Z. XLVIII. **passione** : iudicio K. **potestate** : potestatem *lapsu* A. **et** *tert. om.* M. **non manducans** : *om.* non KVZ°; > manducans non M. **manducantem** *omnes, etiam* A : -te *lapsu Tisch.* *cap.* XLVIII *est* LXIIII *in* O, LXVII *in* V (XLVI *in textu ep.*), XLVI *in* Z. XLVIIII. *om.* **ei** O. *cap.* XLVIIII *est* LXV *in* O, LXVIII *in* V (XLVII *in textu ep.*), XLVII *in* Z.

Digitized by Google

CHΘTU	F	*Sectiones Priscilliani e Codice Cauensi decerptae.*
	hominibus de pace si fieri potest cum omnibus hominibus de uindicta a domino expectanda (xii. 4).	
XV. Potestatibus honorem reddendum. Et tributa reddenda. Et de dilectione. Et nox praecessit. Et fratrem in ciuo non iudicandum. Et homnes stauimus ante tribunal christi. Et non est regnum dei esca et potus et christus non sibi placuit (xiii. 1).	XLIII. De subiectione erga principes et potestates (xiii. 1).	
	XLIIII. De redditione unicuique omnium debitorum (xiii. 7).	C. *incipit ad* qui enim diligit (xiii. 8).
	XLV. De uigilantia excitio fidei et sobrietate et continentia (xiii. 11).	CI. *ad* nunc enim propior (xiii. 11).
	XLVI. De neglegentia et traditionis carnis et de manducantibus ac non manducantibus et iudicantibus alternos uel uniuersos dies (xiii. 14 *b*).	CII. *ad* non in disceptationibus (xiv. 1).
		CIII. *ad* nam alius iudicat (xiv. 5).
	XLVII. De omnibus quod non sibi sed deo aut moriatur aut uiuant (xiv. 7).	CIIII. *ad* nemo enim (xiv. 7).
		CV. *ad* tu autem quid (xiv. 10).
	XLVIII. De passione domini et potestate et quod nec edens non sedentem nec non manducans manducantem debeat iudicare (xiv. 9).	CVI. *ad* nisi ei qui (xiv. 14).
		CVII. *ad* non est (xiv. 17).
	XLVIIII. De eo quod nihil commune est nisi ei qui existimant esse commune (xiv. 14).	

Notae ad codd. CHΘ *etc.* **honorem reddendum**: obsequendum HΘU. **tributum reddendum** HΘU. *om.* **de** (*ante* **dilectione**) HΘT. **et fratrem** (-trum H): *om.* **et** T.

Notae ad cod. F **hominibus** *tr. om.* F* (+ *cor.*). **de pace . . . expectanda** *in ras. scr. est.*

AKMOVZ (*cf. et Thomasium*, I, *p.* 388).	*Mus. Brit. Reg.* I. E. VIII.	B
L. De periculo contristante fratrem suum esca sua et quod non sit regnum dei esca et potus sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto (xiv. 14 *ad uerba* illi commune est).	XXV. De periculo contristante fratrem suum esca sua (xv. 1).	XXVI. De sanctis pace sectantibus et de aescis non destruere oportere dei (xiv. 19). XXVII. De sanctis quod omnia susteneant (xv. 1).
	XXVI. De mysterio domini ante passione in silentio habitat (xv. 14). XXVII. Post passionem domini ipsius mysterio reuelatus (xv. 30).	XXVIII. De sanctis quia pleni sunt gratia dei et predicatione eius per hierusalem (xv. 14).
	XXVIII. Obsecratio pauli ad dominum ut liberetur ab infidelibus (*numerus in textu non adponitur*).	XXVIIII. De coniuratione apostoli ad eos in orationibus propter infideles (xv. 30).
	XXIX. Salutatio pauli ad fratres (*numerus in textu non adponitur*).	XXX. De apostolo dicente ad eos ut non se coniungerent cum illis qui offendicula faciunt et salutatione eius et timotheus lucius et iason sosipater et omnes in christo salutante (xvi. 17).
LI. De mysterio domini ante passionem in silentio habito post passionem uero ipsius reuelato (xv. 4).		

Notae ad codd. AKM *etc.* L. **esca sua** : ex casu A. **de periculo . . . esca sua** : de non contristando fratre in esca KM. **et gaud. in spir. sancto** : > et spir. sa. et gaudium A* ; *ordinem uerborum correxit* A[c], *sed* et *ante* **spir. sa.** *intactum reliquit.* *cap.* L *est* LXVI *in* O, LXVIIII *in* V (XLVIII *in textu ep.*), XLVIII *in* Z. LI. **mysterio** : ministerio V. habitu M (*cf.* F). **post** *om.* Z*. **in sil. hab. post passionem** *om.* A. **passionem** + dño M. reuelatio M. *cap.* LI *est* LXVII *in* O, LXX *in* V (XLVIIII *in textu ep.*), XLVIIII *in* Z.

Subscr. expliciunt capitula BC (kapitulae) KV (explt capitl.) *Reg.* I. E. VIII ; expliciunt breues A, expl. breuis F ; ex̄p breuis ad romanos M ; *nihil habent* HΘOTUZ.

Digitized by Google

CHΘTU	F	*Sectiones Priscilliani e Codice Cauensi decerptae.*
	L. De periculo contristante fratrem suum esca sua · et quod non sit regnum dei esca et potus · sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto (xiv. 15).	CVIII. *incipit ad* bonum est (xiv. 21). CVIIII. *ad* tu fidem (xiv. 22). CX. *ad* beatus qui (xiv. 22). CXI. *ad* omne autem (xiv. 23).
XVI. Quaecumque scripta sunt ad nostram doctrinam. Et christum ministrum fuisse circumcisionis. Et laetamini gentes. Et quod signis et uirtutibus ab iherusalem husque ad illiricum repleuerit euangelio. Et quum ad spanias proficisci coepero (xv. 4). XVII. De conlatione machedoniae et achayae quam deferre se dicit in iherusalem. Et rogat hut horent pro eo sperantes eum. Et de his quos nominatim salutat (xv. 25). XVIII. Obseruandos eos qui dissentiones et offendicula faciunt. Et de thimotheo et ceteris adiutoribus suis (xvi. 17).		CXII. *ad* etenim christus (xv. 3). CXIII. *ad* dico enim (xv. 8). CXIIII. *ad* certus sum (xv. 14). CXV. *ad* repleti omni (xv. 14). CXVI. *ad* habeo igitur (xv. 17). CXVII. *ad* in uirtute spiritus (xv. 19). CXVIII. *ad* si uobis primum (xv. 24). CXVIIII. *ad* scio autem (xv. 29). CXX. *ad* commendo (xvi. 1). CXXI. *ad* salutate priscam (xvi. 3). CXXII. *ad* et domesticam (xvi. 5). CXXIII. *ad* rogo autem uos (xvi. 17).
	LI. De mysterio domini ante passione silentio habitu post passione uero ipsius reuelato (xv. 4).	CXXIIII. *ad* gaudeo igitur (xvi. 19). CXXV. *ad* salutat uos (xvi. 21).

Notae ad codd. CHΘ *etc.* XVI. **gentes** + cum plebe U. **signis et uirtutibus**: in uirtute signorum HΘU. **euangelio** (-ium U*): + christi HΘ. **spanias** (*ita* CT): hispaniam HΘU (*sed forsan* -ias U*). XVIII. obseruando T.

Digitized by Google

ELENCHUS CODICUM NOSTRORUM IN EPISTULA AD ROMANOS.

1. A. Cod. ***Amiatinus*** s. VII ex. uel VIII in. = A Euang. (uide uol. I, p. xi).
2. B. Cod. *Bambergensis* A. i. 5 s. IX (uide I, p. 674); contulit H. J. W.
3. C. Cod. *Cauensis* s. forsan IX = C Euang. (cf. I, p. xi); contulit J. S.
4. D. Cod. *Armachanus* s. IX in. = D Euang. (cf. I, p. xi); exscripsit G. M. Youngman.
5. F. Cod. *Fuldensis* s. VI = F Euang. (cf. I, p. xii).
6. G. Cod. *Sangermanensis* s. IX = G et g_1 Euang. (cf. I, p. xii); contulit H. J. W.
7. H. Cod. *Hubertianus* s. IX–X = H Euang. (cf. I, p. xii); contulit H. J. W.
8. Θ. Cod. *Theodulfianus* s. IX = Θ Euang. (cf. I, p. xii); contulit H. J. W.
9. K. Cod. *Karolinus* s. IX = K Euang. (cf. I, p. xii); contulit H. J. W.
10. L. Cod. *Langobardus* (Par. Lat. 335) s. VIII ex.; contulit G. M. Youngman.
11. M. Cod. *Monacensis* Lat. 6229 s. VIII; contulit H. J. W.
12. O. Cod. *Oxoniensis* (Laud. Lat. 108) s. IX; contulit H. J. W.
13. R. Cod. *Reginensis* (Uat. Reg. Lat. 9) s. VII; contulit nostri gratia uir doct. G. Meyncke.
14. T. Cod. *Toletanus* s. VIII = T Euang. (cf. I, p. xiii et Berger, *Hist. de la Vulg.* p. 14); contulit J. S.
15. U. Cod. *Ulmensis* (Mus. Br. add. 11852) s. IX (cf. Berger, *Hist. de la Vulg.* p. 390); contulit H. J. W.
16. V. Cod. *Vallicellanus* B. 6, s. IX = V Euang. (cf. I, p. xiv); contulit J. S.
17. W. Cod. *Sarisburiensis* (Mus. Br. Reg. I. B. xii) s. XIII = W Euang. (cf. I, p. xiv); contulit H. J. W.
18. Z. Cod. *Harleianus* (Mus. Br. Harl. 1772) s. VIII; contulit H. J. W.
19. *c*. Cod. *Colbertinus* s. XIII = *c* Euang. (cf. I, p. xxxi et Scrivener-Miller *Introd.* II, pp. 45, 74); in Epistulis Hieronymianus est; contulit H. J. W.
20. *a*. Codicis *Claromontani* latina uersio s. VI; edidit Tischendorfius, Lips. 1852.
21. *dem*. Cod. *Demidouianus* s. XIII apud C. F. Matthaei *Test. Nou.*, tom. iii, Rigae 1782; = *demid* Tischendorfii.
22. *e*. Codicis *Sangermanensis* (nunc Petriburgensis, Muralt. xx) latina uersio s. IX. ex.; edidit J. Belsheim, Christianiae 1885.
23. *f*. Codicis *Augiensis* latina uersio s. IX; edidit F. H. Scrivener, Cantabr. 1859.
24. *g*. Codicis *Boerneriani* latina uersio (= δ Euang., cf. I, p. xxxiii) s. IX; edidit C. F. Matthaei, Misenae, 1791. Editionem phototypicam curauit A. Reichardt, Lips., 1909, ex qua lectiones nostras sumpsimus.
25. *gue*. Fragmenta *Guelferbytana* s. VI; edidit Tischendorfius *Anecdota Sacra et Profana*, pp. 155–158.
26. *m*. Lectiones e libro *de diuinis Scripturis siue Speculum* = *m* Euang. (cf. I, p. xxxii).
27. *p*. Fragmenta *Heidelbergensia*, s. VI; edidit R. Sillib, *Zeitschr. f. d. neutest. Wissenchaft* 1906, p. 82 (cf. p. 358).
28. *r*. Fragmenta *Frisingensia* s. V–VI; edidit L. Ziegler 1876.
29. r_3. Fragmenta *Gottuicensia* s. VI–VII; edidit H. Roensch 1879.
30. *t*. Lectiones e libro qui dicitur *Liber Comicus siue Lectionarius Missae quo Toletana Ecclesia utebatur* . . . ; ed. G. Morin (*Anecdota Maredsolana* I) Maredsoli, 1893.

De siglis *cor. uat.*, *cod. caraf.*, 𝔊𝔍𝔖𝔈 *vg. Bentl.*, *Tisch.*, *W. H. etc.* uide uol. I, p. xxviii.

Digitized by Google

EPISTULA AD ROMANOS.

Epistula ad Romanos in his codicibus sine lacuna exstat:—ABCDFGHΘKLMORTUVW *c d* (*def.* i. 24 propter quod . . . i. 27 usu feminae *m. p.*; *suppleta sunt manu saec. sexti ex. ut uidetur*) *dem. In* Z *hic illic litterae uel uerba in capitibus paginarum perierunt*; in *e f g lacunae sunt, viz.*:— *e* viii. 21–33; xi. 15–26; *f* i.1–iii. 19; *g* i.1 segregatus . . . 5 fidei; ii. 16 occulta hominum . . . 25 legis sis. *Ueteres gue. m p r* r_3 *t pauca tantum continent, viz.*:—*gue.* xi. 33–xii. 5; xii. 17–xiii. 5; xiv. 9–20; xv. 3–13; *p* v. 14, 15, 16, 17, 19, 20, 21; vi. 1, 2; *r* xiv. 10–xv. 13; r_3 v. 16–vi. 4: vi. 6–19; *m* = *lectiones e libro* '*de diuinis scripturis siue speculum*'; *t* = *lectiones e lectionario qui dicitur* '*liber comicus*'. *Itaque in hac epistula codices Hieronymiani* (*inter quos sine dubio c numerandus est*) *et ueteres triginta nobis praesto sunt; uariantes lectiones ex ueteribus d e f g gue. m p r* r_3 *t perpetuo citauimus iis discrepantiis tantum exceptis quae ad meram orthographiam spectant. Ordo stichorum ut in Euangeliis ex codice Amiatino est.*

Patres plerumque citantur tantum ubi a textu nostro dissentiunt. Augustinum semper ex editione Benedictina citauimus; Hieronymum ex editione Uallarsii; Ambrosium ex ed. Benedictina Uenet. 1748; '*Ambrst.*' = *Ambrosiastri Comment. in Romanos*; '*Orig. int.*' = *Rufinum, Origenis interpretem, Comment. in Ep. ad Romanos ex editione Delarue, tom.* iv; '*Pel.*' = *Pelagii Comment. in Romanos e codice Augiensi* CXIX (*s.* IX) *cuius lectiones benignissime nobis commodauit amicus noster A. Souter* (*uide* '*Comment. on Pelagius on the Epistles of Paul*' *pp.* 15 *seq.* (*Proceedings of Brit. Academy vol.* II).

Inscr. incipit (incp̄t KL, incipiunt T) epistola (aepistola C, aepstľa T, epľa B, epl. V) ad romanos (rom U) BCKLTUV; incipit (incp̄t Θ) epistola (epistľ Θ) pauli apostoli (apostľ Θ) ad romanos (rōm Θ) HΘ; aepistula pauli ad romanos incipit D; incipit corpus epistulae ad romanos A; ad romanos R; incipit epistula M; incip̄t: apľm: sc̄i: pauli: G; epistola (+beati 𝔖ℭ) pauli apostoli ad romanos *vg.*; *nihil habent* FOWZ.

I. [1] Paulus seruus christi iesu
uocatus apostolus
segregatus in euangelium dei
[2] quod ante promiserat per
prophetas suos in scripturis
sanctis [3] de filio suo

I. 1. *Priora uerba litteris uncialibus uel rubris scripta habent* B (paulus . . . oboediendum), Θ (paulus . . . segregatus), AF (paulus . . . apostolus), KORUZ (paulus). **paulus**: *sequitur ras.* 3 *litt.* (*forsan* lus) Z. *om.* **seruus chr. iesu** K, *cf. Iren. infra.* **christi iesu** (= *gr.* B) *cum* AC DFHL*ORU *c e Orig.* (*gr.* iv. 60, 286) *Ambr.* (*fid.* 5, *c.* 9) *Ambrst. Aug.* (iii. 2. 925 *semel*, viii. 100, 582, 586) *Cassiod.* (*P. L.* 70, *p.* 1321), *cf. Sanday et Headlam ad loc.*: >iesu christi BGΘ L^{2}MTVWZ *vg. d dem. g syr. pesh. et harcl. cop. aeth. Iren.* (*Mass. p.* 205) *Orig.* (*int.* i. 85, iv. 461, 462) *Aug.* (iii. 2. 763, 925 *semel*, 929) *Tycon.* (*reg.* 1) *Pelagius* (*comm. in Rom. e cod. Augiensi* CXIX; *uide supra*) *cum gr. fere omn.* apostholus C, apostulus Z*; *def. g usque ad* **in omnibus gentibus** *u.* 5. **segregatus** (secr. R) *codd. et vg. et uett.* = ἀφωρισμένος: separatus *Aug.* (viii. 100, *sed codd.* praedestinatus, *cf. Iren. infra*). **euangelium** (euu. W, aeuanguelium D): euangelio CHM*O* (*corr.* O^1)T *Aug.* (viii. 586). *Libere Iren.* (*p.* 205) *tantum* paulus apostolus iesu christi praedestinatus in euangelium dei.

2. **ante** (*ita Orig. int.* iv. 465 *semel*, *Pel.*): *om. Iren.* (*Mass. p.* 205) *Orig.* (*int.* iv. 465 *bis*). **promiserat** (promiss. D): promisit *Iren. Orig.* (*bis*) *Hil.* (*trin.* vii). profetas D, prophaetas O. **suos** (suas H): *om. Ambr.* (*incarn. c.* 6) *et gr. min.* 17. *om.* **suos . . . sanctis** *Cassiod.* scribturis L*R.

3. **de f. suo**: de f. autem eius *Iren.* (*Mass. p.* 219). **qui** (qu H) . . . **christi** (*u.* 6) *lunulis inclusum* 𝔖𝔐. **factus** (γενομένου): natus '*exempl. latt.*' *ap. Aug.* (viii. 221) *cum gr. min.* 38. 40*. 73 γεννωμένου. **ei** (*contra graecum*) ABDF*G^{c}HΘ KL*OUVWZ *vg. c d e Iren.* (*p.* 205) *Ambr.* (*fid.* 3, *c.* 4; *incarn.* 6) *Ambrst. Aug.* (iii. 2. 763, 926, viii. 100, 582, 586) *Tycon.* (*reg.* 1) *Cassiod.* (*P.L.* 70, *p.* 1321): *om.* CF^{1}G*L^{2}MRT *Bentl. Iren.* (*p.* 219) *Tert.* (*Prax. c.* 27) *Orig.* (*int.* iv. 465, 612) *Aug.* (viii.

qui factus est ei ex semine
dauid secundum carnem
4 qui praedestinatus est filius
dei in uirtute
secundum spiritum sanctificationis
ex resurrectione
mortuorum
iesu christi domini nostri.
25 si autem quod non uidemus
speramus
per patientiam expectamus
26 similiter autem et spiritus
adiuuat infirmitatem nostram
nam quid oremus sicut

MO^{c}RUV (*def.* Z) *d t* (*cf. Mc.* viii. 12), *et* ingemiscit AL^{4}W *vg. Tisch. c f* Ambr.* (*ep.* 35 *semel*): congemescit CDΘ*(?)L*O*T, -iscit F f^c (*super* F^{gr}) *et Ambr.* (*fid.* i. 14; *ep.* 35 *semel*) *Orig.* (*int.* iv. 595 *seq.*, 606 *seq.*) *Pel. Aug.* (iii. 2. 913, vi. 49, 50, 51) *Sedul. Cassiod.* (*P. L.* 70, 1326) *et gr. paene omnes συνστενάζει uel συστ.* **parturit** *codd. plur. vg. uett. plur. et f**, '*alia exemplaria*' *ap. Orig.* (*int.* iv. 596, 598) = *ὠδίνει quod in gr. non inuenitur, sed οδυνει* FG *quod lapsu ponitur pro ὠδίνει*: dolet D f^c (*super* F^{gr}) *Aug.*, parturit uel dolet *g*: aeque parturit CT *Pel.*, comparturit *Ambr.*, comparturit et dolet *Sedul.* (*semel*); condolet *t Orig.* (*int.* iv. 595, 596, 598, 606, 607, 609) *Sedul.* (*semel*) = *συνωδίνει gr. plur.* husque C. **adhuc**: nunc *Ambr.* (*fid.* i).

23. **illa**: illi *t*, ipsi *Aug.* (iii. 2. 913); *om.* CT *d** (*corr.* d^3) *g Orig.* (*int.* iv. 598) *et ita uoluit Bentl.*, *cum gr. οὐ μόνον δέ*; *om.* **autem illa** *Aug.* (iv. 182). **sed** (set L) **et** (etiam *Ambr. ep.* 35, *Aug.* iv. 182, vi. 51, x. 422 *Sed.*) **nos** (nosmet F*L) **ipsi** (*om. Ambrst. Ambr. Aug.* iii. 2, 913, x. 420) = *ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς αὐτοί* DFG 31. 36. (73) 93: *om. ἡμεῖς gr. plur.* **primitias** (-cias W) = *τὴν ἀπαρχήν*: receptaculum *d** (*corr.* d^3) f^c (*super* F^{gr} *απαρχην*) *g Ambrst. Primas.* primitiasp̄s *uno uerbo* L. > habentes spiritus *Aug.* (iv. 182, vi. 51, x. 420, 422) *contra ord. graec.* *pro* **prim. sp. habentes** *habent* qui prim. sp. habemus *t*, qui recept. habemus *Ambrst.* **et ipsi . . . corporis nostri** *om.* F*. **et ipsi** (= *καὶ αὐτοί* B 31. 73. 93; *cf. ἡμεῖς καὶ αὐτοί* ℵAC *min.*, *καὶ ἡμεῖς αὐτοί* KLP *al. pler.*) *codd. plur. vg. c* d^3 *t Bentl.* (*secundis curis*), etiam ipsi *Orig.* (iv. 598): ipsi (*om.* et) L *Pel. Ambr. cum gr.* DFG; nos ipsi *d* g Ambrst. cum gr. min.* 116; et nos ipsi *Bentl.* cum gr.* KLP *al.*; *plane om. f cum syr. pesh. arm.* **intra** (infra G) **nos**: intra nosmetipsos *t Ambrst.*; in nobismetipsis *Aug.* (iii. 2. 912, 913, iv. 182, v. 764, vi. 535, viii. 190, x. 420, 422), in nobis ipsis *Aug.* (vi. 51, viii. 224); *graeci ἐν ἑαυτοῖς plur.*, *ἐν αὐτοῖς* FG *min.* **gemimus** (*στενάζομεν plur.*) *codd. plur. vg. uett. plur.* (*et f**) *et* ingemiscimus (L*?) f^c (*super* F^{gr}) *g Ambr. Ambrst. Aug.* (*paene semper*): congemescimus D *Aug.* (vi. 51) *et συνστενάζομεν* (*uel συστ.*) D* 38. 48. 72. f^{scr}. **adoptionem** (adob. T, adhob. C) **filiorum** = *υἱοθεσίαν*: *om. d f g t Ambrst. cum gr.* DFG; *om.* **filiorum** O* *Aug.* (*fere semper, non autem* vi. 535); + dei BG^{2}KL^{2}M^{2}VW *vg. c cf. u.* 15. **gemimus adoptionem filiorum** *arcte in ras. scr.* L. exspectantes BZ^c. **nostri**: uestri *d** (*corr.* d^2); + in christo iesu domino nostro L^4.

24. **spe enim**: spe autem *Orig.* (*int.* iv. 531), spe autem uel enim *g*; quia spe *Ambr.* (*ep.* 35). **salui** (salbi C) **facti sumus** (*ἐσώθημεν*): saluati sumus *Cypr.* (*test.* iii. 45; *bon. pat.* 13) *Ambrst.* **autem** *om.* D. que MVW. **nam quod**: quod enim *f g t Cypr.* (*bis*) *Orig.* (*int.* iv. 531, 537, 598) *Aug.* (ii. 138, 686, iii. 2. 712, 821, 854, iv. 182, v. 757, vi. 535, viii. 224, ix. 33, 74, x. 13); si enim *Aug.* (v. 764). > quis uidet *Aug.* (ix. 74). **quid** (quis L*, qui B*, *corr.* B^1) *sine addit. codd. vg. uett. cum gr.* B^{2}DFG: + et *Aug. semel* (vi. 535) *Bentl.* (*lunulis inclusum*) *et τι καί* ℵ^{c}AC KLP *etc.*

25. **si autem**: sed (set L) si DL* *Orig.* (*int.* iv. 598) *Ambrst.*; si uero *g Orig.* (*int.* iv. 531); si enim *t Aug.* (iii. 2. 854); si *tantum* L^2. **quod**: quid *g**; L* *erasum est, sed* quod L^2. > uidemus non B*. **speramus** + et *Uigil.* (*Uarim.* iii. 56). **per patientiam** (pacient. GK, pacienc. W) = *δι' ὑπομονῆς*: per expectationem *Cypr.* (*test.* iii. 45 *codd.* LMV, *bon. pat.* 13). **expectamus** (exsp. BOZ^c) = *ἀπεκδεχόμεθα*: speramus *t Cypr.* (*test.* iii. 45 *codd.* LMV); sustinemus *Cypr.* (*bon. pat.* 13). *Aug. saepissime citat hunc uersum, sed semper cum textu nostro concordat* (*exc.* si enim *uno loco, uide supra*).

26. **autem**: *om. Orig.* (*int.* iv. 600) *Ambr.* (*ep.* 36) *Aug.* (ii. 393, iii. 2. 914). **spiritus** (spiritus uel s̄p̄s *g*): + iu M*. **adiuuat** (-bat CT): adiuuet Z*. **infirmitatem nostram** (*om.* nostram L* *d**; + *rasura in* T) *codd. plur.* (*et* F* L^{4}Z^c) *vg. uett. plur.* (*et* d^c) *cum gr. τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν* (*om. ἡμῶν* D*) ℵABCD *min.*, *cf. ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν* KLP *al. pler.*: orationis nostrae *g* = *τῆς δεήσεως ἡμῶν* FG; infirmitatem (-tes *Conf. Patr.*) orationis nostrae F* *f Confess. Patric.*, infirmitatem nostrae orationis D *t Ambr.* (*ep.* 36) *Ambrst.*;

Digitized by Google

oportet nescimus
sed ipse spiritus postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus
27 qui autem scrutatur corda
scit quid desideret spiritus
quia secundum deum postulat
pro sanctis
28 scimus autem quoniam
diligentibus deum omnia
cooperantur in bonum
his qui secundum propositum uocati
sunt sancti
29 nam quos praesciuit
et praedestinauit conformes
fieri imaginis filii eius
ut sit ipse primogenitus
in multis fratribus.
30 Quos autem praedestinauit
hos et uocauit
et quos uocauit

---

infirmitatem nostrae Z*. > infirmitatem nostram interpellat Uigil. (Uarim. iii. 56). nam quid (quod g t Conf. Patric.): quid enim Hil. (ps. 142) Aug. (semper), quod enim quid Hil. (ps. 53). horemus C. sicut (καθό): si quod d* (corr. d^3); secundum id quod Hil. (ps. 142), secundum quod Orig. (int. iv. 600, 601, 602); qualiter Hil. (ps. 53). oportet (hop. C): oporteat Hil. (bis). set L. postulat (ὑπερεντυγχάνει) codd. vg. uett. et Ambr. (spir. iii; ep. 36 ter) Aug. (i. 659) Maximin. (ap. Aug. viii. 654, 671), et > pro nobis postulat Hil. (ps. 142): interpellat Orig. (int. iv. 601, 606, 607) Hil. (ps. 64) Ambr. (ps. 37; ep. 36 bis) Nouat. (trin.) Hieron. (vi. 968) Aug. (ii. 393, 720, iii. 2. 330, 914, x. 856), et > pro nobis interpellat Orig. (int. iv. 600), cf. Uigil. supra. pro nobis (ὑπὲρ ἡμῶν $\aleph^c$CKLP etc.): om. d* (+ d^3) g Aug. (ii. 720, iii. 2. 914) cum gr. ℵ*ABDFG. inenarrabilibus (ἀλαλήτοις) codd. plur. (inennarrabilibus O, enarrabilibus D) vg. uett. plur. (et d^3): ineloquacibus Nouat., ineffabilibus Hieron.; qui eloqui non possunt d* cf. capitula codd. A etc., supra p. 50; ambas lectiones coniungunt inenarrabilibus (inennarr. FL) quae (que G) uerbis (+ qui G) exprimi non possunt F*GLT t Confess. Patricii. > pro nobis inenarr. gemit. interpellat Hil. (ps. 64).

27. autem: enim Aug. (x. 856). scrutatur: s in ras. G. corda + ipse D. quid desideret (-rat D, -rit Z*; disideret O*) spiritus = τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος: quid sapiat spiritus Aug. (ii. 393 > spir. sap.; x. 856); sensus spiritus d* (corr. d^3); quid quid desiderat uel desiderium spiritus g. quia: quoniam f. postulat (postula L, postolot V*) = ἐντυγχάνει plur.: interpellat t Orig. (int. iv. 601, 602) Aug. (ii. 393, iii. 2. 914, x. 856), et ὑπερεντυγχάνει L 73. scanctis M*.

28. autem om. d^3. quoniam: quia Aug. (ii. 511, iii. 2. 793, v. 755, vii. 10), quod Orig. (int. iv. 602 semel). deligentibus D. dominum Lucif. (p. 146 Hartel). cooperantur (cohop. C, quoop. L*T) codd. plur. vg. c f Aug. (ii. 511, 671, iii. 1. 82, iii. 2. 793, vii. 10 etc.) Sed. et cooperatur Z* Aug. (x. 635, 735, 757, 762) = συνεργεῖ: concurrunt D Ambr. (hexaem. vi); procedunt G Sangall. 70 d t Lucif. Ambrst. Aug. (i. 692, 694, 697, 705); cooperantur uel procedunt g; + ὁ θεὸς gr. AB Orig., non autem latini; sed Aug. (x. 635) 'nouit dominus qui sunt eius et omnia cooperatur in bonum, sed his qui' etc., et cf. Z* Aug. supra. bonum: bono F*L*; bonis d* (corr. d^3). hiis MW, iis vg. propositum: om. A*; + dei Aug. (iii. 2. 793). sancti codd. plur. vg. c f g tepl. Orig. Ambr. Aug. (viii. 941): om. F^cMO*R d ed. Iunta 1534, Lucif. Pel. Aug. (ii. 511, 671, iii. 1. 82, iii. 2. 763, 793, vii. 343, x. 635, 757, 762) Bentl. et graec. (tantum τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν).

29. nam quos: om. nam DL* (corr. L^1) d^3 Lucif. (p. 146 Hartel) Ambr. (hexaem. vi) Sedul.; quos enim Aug. (iii. 2. 763, vii. 534); quoniam quos f g Aug. (saepius), quia quos d*, quod quos Bentl., et gr. ὅτι οὓς; quos autem Aug. (iii. 2. 599); deinde + et Hil. (ps. 67). praesciuit (-ciit FR, -cit d, presciuit GMW, presciit L, prescibit t) codd. vg. uett. et Aug. (iii. 2. 599, 763, vii. 534) = προέγνω: ante praesciuit Aug. (saepissime); + hos Hil. praedestinauit (pred. MW, praedist. DO*UZ, predist. G) = προώρισεν: praedistinxit Hil. conformes fieri (sequitur ras. H) codd. vg. uett. et Aug. (iii. 2. 599, viii. 964), item > conf. nos fieri Aug. (i. 696), > conf. fieri nos Aug. (i. 698): om. fieri Aug. (saepissime) Sedul., et gr. tantum συμμόρφους. imaginis (ym. C): imagini H^cΘ* (+ s $Θ^c$ deinde expunxit) Lucif. fili L*. eius (et Lucif. Pel. et Aug. i. 696, x. 635): sui MRUZ* vg. Tisch. c f g t Orig. (int. iv. 602) Ambr. Aug.; dei D Sed. ipse om. Ambr. Aug. (iii. 2. 914, x. 635) Sed. parimogenitus A* (a erasa). multistis M*.

30. Uersus 29, 30 coniungunt interdum Orig. (int.) et Aug., omissis conformes . . . fratribus u. 29; ita legunt quos (+ ante Aug. iii. 1. 453) praesciuit illos (ipsos Aug. iii. 2. 615; om. Aug. iii. 1. 453) et praedestinauit, quos autem (et quos Orig.) praedestinauit illos (ipsos Aug. iii. 2. 615) et uocauit etc. Orig. (int. iv. 613) Aug. (iii. 1. 453, iii. 2. 615); etiam Orig. (int. iv. 629) legit quos praesciuit illos et uocauit etc., ubi praesciuit forsan ex u. 29 uenit, forsan προεγνω A hoc uersu reddit. autem pr.: enim Aug. (x. 106). praedestinauit (praedist. DO*UZ*, predist. G,

Digitized by Google

hos et iustificauit
quos autem iustificauit
illos et glorificauit.
31 Quid ergo dicemus ad haec
si deus pro nobis?
quis contra nos?
32 qui etiam filio suo non pepercit
sed pro nobis omnibus
tradidit illum
quomodo non etiam cum illo
omnia nobis donabit?
33 Quis accusabit aduersus electos
dei?
deus qui iustificat

predest. W) = *προώρισεν plur.*: *προεγνω* A *cf. Orig. supra.* **hos** *pr.*: eos *d** (*corr.* d^2), illos *Orig.* (*int.*) *Aug.* (*saepius*), ipsos *Aug.* (iii. 2. 599). uocabit *pr.* R. **et quos** (*etiam Aug.* iii. 1. 82, iii. 2. 599): quos autem *Aug.* (*saepius*) *cum gr. min.* 37. 115 *οὓς δέ.* uocabit *sec. t*; vcauit *lapsu* ϛ. **hos** *sec.*: eos *d** (*corr.* d^2), illos *Orig.* (*int.*) *Aug.* (ii. 511, 672, iii. 2. 616, v. 761, viii. 941), ipsos *Ambrst. Aug.* (*saepius*). **et** *tert. om.* M*. **quos autem** *sec.*: et quos *Orig.* (*int.* iv. 605, 613) *cum gr.* A *και ουσ*; *deinde* + et G*. iustificabit *sec. t.* **illos**: hos D *g Ambr.* (*hexaem.* 6) *Ambrst. Aug.* (iv. 21), ipsos *Aug.* (*saepius*). **et** *quart.*: etiam *g.* **glorificauit** *cum* CFG*(?)LRTZ*ϛ𝔐ℭ *edd. ant. Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534 d^2 f^c (*super* F*or* *scriptum*) *t* (-bit) *Orig.* (*int.* iv. 613) *Aug.* (*semper*), *cf. u.* 17: magnificauit ABDG^{c}HΘKM OUVWZ^{c}𝔖 *edd. ant. plur. c d** *dem. f** *Ambrst. Pel. Bed.*, *cf. Cassiod.* (*P. L.* 70. 1326) 'iustificatos *uero* magnificatos *confirmat*'; glorificauit uel magnificauit *g*; clarificauit *Ambr.* (*hexaem.* 6, *de Iac.* 1); magnifico *in N. T. respondet graeco δοξάζειν Mt.* xv. 31, *Lc.* iv. 15, v. 25, 26, vii. 16, xvii. 15, xviii. 43, *Act.* xxi. 20, *Apoc.* xv. 4, *sed semper cum notione laudationis ab ore enunciatae, quae notio huic loco incongrua est*: *cf. J. Rendel Harris* '*The Codex Sangallensis*', *pp.* 34–36.

31. **quid**: quod Z*. **dicemus** (*ἐροῦμεν*) *cum* CDFHΘKLMOTUV*WZ* *vg. uett.*: dicimus AB GRV*Z^c. *om.* **ergo dicemus** *Hil.* (*trin.* vi). **ad**: *om.* L*; aduersus *d** (*corr.* d^2). hec MW; hoc D; *distinguunt* dicemus ad haec, si deus pro nobis? quis contra nos? AD: *contra* dicemus ad haec? Si deus pro nobis, quis contra nos? KUWZ *etc. vg. Tisch. Aug.* **pro**: *superscr.* āe f^c. **nobis**: uobis *t.* **contra**: + uel trans *g*; aduersum *m.* **nos** + est D.

32. **qui etiam filio suo non pepercit** *legimus cum* ABCGHΘMO*TUV *t Pel.*, *cf.* qui filio suo non pep. F*L, *gr. enim plur. ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο*: qui etiam proprio filio non pep. 𝔐 *Bentl.*; qui etiam proprio filio suo (> fil. suo prop. DZ^c, > fil. prop. suo F^c; filium suum proprium Z*) non pep. DF^{c}KO^{2}RW(Z)ϛ𝔖ℭ *Tisch. c dem. Orig.* (*int.* iv. 605, 606) *Sed.*; *uariant patres* (*sed om.* etiam); qui proprio filio (> fil. pr. *Hil.*, *Aug.* iii. 2. 785, viii. 941, x. 758) non pep. *Ambr.* (*Ios.* i. 3 *etc.*) *Orig.* (*int.* iv. 589) *Hil.* (*trin.* vi) *Aug.* (iii. 1. 82, iii. 2. 785, vii. 444, viii. 811, 941, x. 758), qui pro. filio suo non pep. *Ambrst. Aug.* (iii. 2. 599), qui filio suo pro. non pep. *Aug.* (x. 766), qui unico filio suo non pep. *Orig.* (*int.* iv. 569) *Aug.* (iv. 21), qui filio suo dilecto non pep. *Hil.* (*ps.* 68); *aliam lectionem exhibent ueteres d** *f g*, qui nec filio suo pepercit *d**, qui neque filio proprio pep. *f*, qui neque uel non filio suo uel proprio pep. *g*, *cum gr. ὅς* (*οσ γε* D^c) *οὐδὲ υἱοῦ ἰδίου* (*του ιδιου υιου* D) *ἐφείσατο* DFG; *tertiam habent* d^2(?) *m Tert.*, si deus filio suo (+ proprio *m*) non pepercit d^2 *m Tert.* (*scorp.* 7), si pater filio non pep. *Tert.* (*Prax.* 30); *de hoc uersu uide Hil.* (*trin.* vi) '*Nunc enim apostolus* proprium *ait filium, cum in multis uel* suum *uel* eius *saepe dixisset. et quamuis multi codd. per translatorum simplicem intelligentiam, in hoc loco pro* proprio filio, suo filio *conscriptum habeant; tamen graecitas, qua lingua apostolus est locutus,* proprium *nunc magis quam* suum *nuncupat. et licet communis intelligentiae sensu non satis inter* proprium *et* suum *differat; uerum apostolus, cum in ceteris aliis dictis* suum filium *commemorasset, quod est graece τὸν ἑαυτοῦ υἱόν, tamen in hoc loco secundum quod ait ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο* qui proprio filio non pepercit, *naturae ueritatem significanter expressit*'; *sed* proprio filio (*sine* suo) *in nullis codd. nostris inuenitur, tantum in edit. Henteniana.* **omnibus** *om. Tert.* (*scorp.* 7) *Hil.* (*trin.* vi). tradedit Z*. **illum**: eum F*L *Hil.* (*trin.* vi) *Aug.* (iii. 2. 599, 785, x. 758, 766). > trad. eum pro nobis *Hil.* (*trin.* vi). > pro nobis illum trad. omnibus *m.* **quo modo** *duobus uerbis* 𝔖ℭ; + ergo F^{c}R. **etiam** (*et Aug.* iii. 1. 82): et *Tert.* (*scorp.* 7) *Aug.* (*saepius*); *om. Orig.* (*int.* iv. 606) *Sed.* **nobis** *sec.* + cum illo *f.* > cum illo nobis omnia *Orig.* (*int.* iv. 569) *Aug.* (iii. 1. 82, viii. 811, x. 758); > omnia nobis cum illo *m.* **donabit** (*χαρίσεται*) *cum* CDF^c *cod. caraf. g t Orig.* (*int.* iv. 605) *Pel. et ita uoluit Bentl.*: donauit *aperto betacismo* ABF*GHΘKLMORT UVWZ *vg. Tisch. uett. plur. Ambrst. Orig.* (*int.* iv. 569) *Aug.* (*semper*) *Sed.*, *cf.* > condonauit nobis *Tert.* (*scorp.* 7), *cf.* **accusabit** *et* -uit *uersu sequenti, et canonem nostrum ad Mt.* iv. 5.

33. **quis**: qui *Monac. lat.* 4577*. **accusabit** (*ἐγκαλέσει*) CF^{c}HKO^{c}U^{c}V^{c}W *vg. c f g Orig.* (*int.* iv. 606) *Pel.* (*Aug. uide infra*), *et* accussabit DO*, *cf.* criminabitur *Hil.* (*trin.* x): accusauit *iterum aperto betacismo* ABF*GΘLMRTU*V* (*def.* Z) *t Uigil.* (*Uarim.* iii. 56), escusauit *d** (excus. d^2);

34 quis est qui condemnet ?
christus iesus qui mortuus est
immo qui et resurrexit
qui est ad dexteram dei qui etiam
interpellat
pro nobis

35 quis nos separabit a caritate
christi ? tribulatio an angustia
an persecutio an fames
an nuditas an periculum
an gladius ?
36 sicut scriptum est

---

cf. vii. 24. **aduersus** (κατά) *cum* BDFGHΘKL OUVW (*def.* Z) *vg. c f g Uigil. Hil. et* > aduersus escusauit *d**: *om.* ACMRT d^{2} *t Pel.* aelectos C; *ad* **electos** *incipit rursum e.* **deus** + est *Hil. post* **iustificat** *signum interrogationis ponunt* K *c Tisch.*; *contra* iustificat, 𝕮, *et* iustificat. UW𝕳𝕾 *edd. ant. plur., cf. Aug.* (iii. 1. 46) '*potest illud sic pronuntiari* quis accusabit aduersus electos dei ? *ut hanc interrogationem quasi responsio subsequatur* deus qui iustificat; *et iterum interrogetur* quis est qui condemnat ? *et respondeatur* christus iesus qui mortuus est. *quod credere quia dementissimum est, ita pronuntiabitur ut praecedat percontatio, sequatur interrogatio . . . pronuntiabitur ergo ita, ut post percontationem qua dicimus* quis accusabit aduersus electos dei ? *illud quod sequitur sono interrogantis enuntietur* deus qui iustificat ? *ut tacite respondeatur,* non; *et item percontemur* quis est qui condemnat ? *rursusque interrogemus* christus iesus qui mortuus est, magis autem qui resurrexit, qui est in dextera dei, qui et interpellat pro nobis ? *ut ubique tacite respondeatur,* non'; *similiter Sedulius ad loc.*

34. **quis**: qui *Monac. lat.* 4577*. **est qui**: erit qui *Ambrst.*; *om. d** (+ d^{3}) *e Aug.* (x. 758). **condemnet** (condempn. ΘW, contempn. D, condemnit R): condemnat *d** (*corr.* d^{3}) *g Hil.* (*trin.* x) *Aug.* (iii. 1. 46, x. 758). **christus iesus** *codd. plur. vg. uett. plur.* (*et* d^{3}) *cum gr.* ℵACFGL *min.*: christus d^{2} *e Ambr.* (*poen.* i) *Ambrst. Hil. Aug.* (x. 758) *Maximin.* (*ap. Aug.* viii. 655) *cum gr.* BDEK *al. plur.*; simul autem christus D *d** *Iren.* (*Mass. p.* 207). **qui mortuus est**: *om.* qui *Iren.* **immo** (imo ℭ𝕳): + etiam *Hil.*, + autem *f g Orig.* (*int.* iv. 607), + magis *Maximin.*; magis autem *Uigil.* (*Uarim.* iii. 56) *Aug.* (iii. 1. 82, x. 758), *et gr.* μᾶλλον δέ. **qui et resurrexit** *codd. plur. vg. cor. uat.* (surrexit) *c t Ambr. Ambrst. Maximin. Pel. Aug.* (x. 758) *et gr.* DEFGKL *al. plur.*, > et qui res. *d e g*, et res. (*sine* qui) *f Iren. Uigil.*: qui resurrexit A*HM *Tisch. Orig.* (*int.*) *Hil. Aug.* (iii. 1. 82), *cum gr.* ℵABC *min.* **qui est** *codd. plur.* (quis L*T) *vg. cor. uat. c d** *dem. t Iren. Ambr. Hil. Orig.* (*int.* iv. 607) *Aug.* (*bis*) *et Bentl.* (*secundis curis*) *cum gr.* ℵ*AC *min.*: qui et est AG^{1}MZ *Tisch. cod. caraf.* d^{3} *e f g Pel. Maximin. Bentl.**, et est *Ambrst.*, *et gr.* ℵ^{c}BDE FGKL *al. plur.* **ad dexteram** (-ra M^{c}): in dextera D *g* (dextra) *Iren. Ambr. Ambrst. Hil. Uigil. Maximin. Aug.* (*bis*) *et gr.* ἐν δεξιᾷ. **dei** + sedens D. **qui etiam** (*ita* L^{2}): qui et *g Hil. Maximin. Aug.* (*bis*); L* *non liquet.* **interpellat** (ἐντυγχάνει): postulat *Hil. Confess. Patricii,* interpellat uel postulat *g, cf. Aug.* (ii. 509) '*fortassis codices apud uos etiam in eo loco de domino iesu christo non habent* interpellat pro nobis *sed* postulat pro nobis. *in graeco enim quo uerbo hic positae sunt* interpellationes, *quas ipse posuisti* postulationes, *ipsum et illic uerbum est ubi scriptum est* interpellat pro nobis.' *Signum interrogationis post* **pro nobis** *ponunt* KWZ^{o} *Tisch.*

35. **quis** *sine addit.* ACDF^{c}HΘMORTU d^{3} *e cod. caraf. Bentl., et patres plerumque ita citant, cum gr. longe plur.*: + ergo BF*GKLVWZ *vg. c d** *Sed. dem. f g m Orig.* (*int.* iv. 607) *Pel. Aug.* (i. 692) *et gr.* FG τίς οὖν; + enim *Orig.* (*int.* iv. 568). **nos**: me *Aug.* (iv. 36). **separabit** (χωρίσει) BCD (seper.) FG^{1}KMOUVWZ *vg. uett. plur.*: separauit *aperto betacismo* AG*HΘLRT *d.* > separabit nos *Tert.* (*scorp.* 13) *Orig.* (*int.* iv. 607). **caritate** (char. *vg.*) *codd. vg. uett. plur. etiam Cypr.* (*Fort.* 6) *et Moyses ap. Cypr.* (*ep.* 31. 4) = ἀγάπης: dilectione *m Tert. Cypr.* (*ep.* 11. 5) *Ambr.* (*off.* 3; *ps.* 118 *zain*); agape *Cypr.* (*test.* iii. 18 *cod.* L). **christi** = χριστοῦ ACDEFGKL *al.*: dei *Orig.* (*int.* iv. 607) *Hil.* (*ps.* 65) *Hieron.* (vii. 676) *Bed. Sedul. cum gr.* ℵ *min.*; dei quae est in christo iesu (*ex u.* 39) *Orig.* (*int.* ii. 70, iv. 568) *cum gr.* B. **tribulatio** (θλίψις): pressura *Tert. Cypr. Moyses* (*ap. Cypr.*). han *semper* C. **an** *pr.*: *in ras.* G; *om. Monac. lat.* 4577. **an persecutio** (-quutio Θ, -qutio H): aut persec. *Hil.* (*ps.* 65); aut passio *Hil.* (*ps.* 118 *heth*); *om. hic vg. Tert. Ambr.* (*ps.* 118 *heth*) *Aug.* (v. 765); *om.* **an** *d** (+ d^{3}) *g cum gr.* D*FG. **an fames** (fame L*): an famis CF*L^{2}MTZ*; aut fames *Hil.*, *deinde* aut *semper.* **an nuditas**: et nud. *Hieron.* (vii. 676); *om. Ambr.* (*ps.* 118 *zain*). **an** (et *Hieron.*) **periculum** (-lom L*): *om. Aug.* (v. 764); + an persecutio *vg. dem.* **an** (et *Hieron.*) **gladius** (-diis T, -dium *d**, *corr.* d^{3}): an machaera *Tert.*; *om. Hil.* (*ps.* 65). *Hoc uersu Aug.* ii. 471, iii. 1. 82, iii. 2. 915, vi. 540, x. 736, 758 *cum textu nostro concordat.*

36. **sicut** (καθώς): secundum quod *Tert.* (*scorp.* 13); iuxta quod *Hieron.* (vii. 676). **scribtum est** R; + in psalmo xliii F^{mg}, + in ps. xlii V^{mg}, in psalmo xiiii R^{mg}; + in gen A^{mg}. **quia**: quoniam *m Cypr.* (*test.* iii. 18) *Aug.* (ii. 471, iii. 1. 82, v. 765, x. 736); *om. Iren.* (*Mass. p.* 147) *Tert. Hieron.* **propter te**: tui causa *Tert.* *om.*

Digitized by Google

quia propter te mortificamur
tota die aestimati sumus
ut oues occisionis
37 sed in his omnibus superamus
propter eum qui dilexit nos
38 certus sum enim
quia neque mors
neque uita neque angeli
neque principatus
neque instantia
neque futura
neque fortitudines
39 neque altitudo
neque profundum
neque creatura alia
poterit nos separare

---

quia pr. te O* (+ O^{1}). **mortificamur** (θανατούμεθα) : morti (-te L *t Iren. Ambrst. Pel.*) adficimur (aff. $F^{c}L^{c}$ *t*) FL *Sangall.* 70, *Par. lat.* 93, 11533**, *d t Iren. Ambrst. Pel.*, morte adficiemur *Lucif.* (*p.* 299), morti tradimur *Ambr.* (*ps.* 118 *zain*); afficimur (*sine* morti) *Aug.* (i. 692, 693); interficimur *Moyses* (*ap. Cypr. ep.* 31. 4); occidimur *Cypr.* (*test.* iii. 18 *codd.* WLMB, *Fort.* 6) *Lucif.* (*p.* 72). **tota** : omni DΘ. d^{l}e M; diae C. **aestimati** (est. CDMTW) **sumus** (*etiam Aug.* i. 692, 693, iii. 1. 82, x. 758) = ἐλογίσθημεν : extimati s. *d* t*, existimati s. d^{2}; deputati s. *Tert. Cypr.* (*test.* iii. 18 *codd.* WLMB) *Hil.* (*ps.* 118 *heth*) *Aug.* (ii. 471, v. 765, vi. 540, x. 736), reputati s. *Hieron.* *Distinximus* **mortificamur, tota die aestimati sumus** *cum* A *d f*, *cf. Iren. infra* : *contra* mortificamur tota die, aestimati sumus KZ *vg.* (die :) *Tisch. Sed.* **ut** : uelut *Ambrst. Aug.* (x. 736), quasi *d** (*corr.* d^{3}), sicut W *vg. Orig.* (*int.* iv. 459, 607, *non* 608) *Hil. Aug.* (vi. 540); sicut uel ut *g.* **oues** (houes C, ouis D) : pecora *Tert.* **occisionis** (hoccis. C, occiss. DO) = σφαγῆς : uictimae *Cypr.* (*test.* iii. 18 *codd.* WLMB; *Fort.* 6) *Aug.* (vi. 540); iugulationis *Tert.* *libere citat uersum Iren.* (*p.* 246 *Mass.*) aestimati enim sumus . . . tota die ut oues occisionis.

37. **his** (hiis MW); *om. f.* > omn. istis *Tert.* (*scorp.* 13). **superamus** *codd. vg. uett. Cypr.* (*Fort.* 6) *Ambr.* (*ps.* 36; 118 *bis*) *Aug.* (v. 765) : superuincimus *Tert. Cypr.* (*test.* iii. 18; *Fort.* 6 *cod.* V) *Aug.* (ii. 471, iii. 1. 82, vi. 540, x. 726, 736, 758); superamus et uincimus *Ambr.* (*ps.* 118 *heth*) *Hil.* (*ps.* 118 *heth*), superamus et superuincimus *Ambr.* (*ps.* 43); *gr.* ὑπερνικῶμεν, *et uoluit* supersuperamus *Bentl.* **propter eum** (eo *d**, *corr.* d^{3}) **qui dilexit nos** (> nos dilexit D *Moyses ap. Cypr. ep.* 31. 4, *Hil. ps.* 118, *Sed.*) *codd. vg. uett.* (propter diligentem nos *g*) *Ambr.* (*ps.* 36), *et* pro eo qui dilexit nos *Tert.* (> nos dil.) *Cypr.* (*bis*) = διὰ τὸν ἀγαπήσαντα ἡμᾶς DEFG : per eum qui dilexit nos *Orig.* (*int.* iv. 607, 608) *Ambr.* (*ps.* 43) *Aug.* (*semper*), *et* διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος *gr.* ℵABCKL *al. omn. ut uid.*; *cf. u.* 11, *et Hil. ad u.* 10.

38. **certus sum** (πέπεισμαι) : confido Df^{c} (*super* F^{gr} πεπισμαι *scr.*) *Orig.* (*int.* iv. 608) *Ambr.* (*ps.* 118 *bis*; *off.* 3) *Ambrst. Hil.* (*ps.* 65, *ps.* 118 *heth*) *Hieron.* (i. 870) *Sed.*, confido uel certus sum *g*; scio *Hieron.* (vii. 383); *inc.* persuasum enim habemus *Tert.* (*scorp.* 13); scientes *Ambr.* (*ps.* 43). **enim** : autem *Hieron.* (i. 870); *om. Hil.* (*ps.* 65). **quia** : quod *Tert. Hil.* (*ps.* 65) *Ambr.* (*ps.* 43) *Aug.* (i. 694, iii. 2. 915) *Sed.* > uita neque mors *Orig.* (*int.* iv. 568). **angeli** (hang. C) *codd. plur. vg. c et Ambr.* (*ps.* 43, *ps.* 118) *Hieron.* (vii. 383, 676) *Aug.* (i. 694, iii. 1. 82, vi. 540, x. 736) *cum gr. plur.* : angelus D (*anguelus*) F *d e f g Ambr.* (*ps.* 43, *off.* 3) *Ambrst. Aug.* (ii. 471, iii. 2. 915, iv. 37, x. 725, 758) *et gr.* DEFG; *deinde* + neque uirtutes G^{2}, + neque potestas d^{2} *e*, *cum gr.* DE οὔτε ἐξουσία. **principatus** (ἀρχαί) : initia *d** (*corr.* d^{3}) *e*; potestates *Hil.* (*ps.* 118) *Ambr.* (*ps.* 43; 118 *heth*); uirtus *Ambrst. Aug.* (i. 694); *deinde* + neque uirtutes $BKO^{2}R^{pos}$ UV*$W Z^{c}$ *vg. c dem.* (*non autem Bentl.*), + neque potestates V^{rec} *Orig.* (*int.* iv. 459) *Aug.* (vi. 540), *et* + οὔτε ἐξουσίαι C *min.*, + οὔτε δυνάμεις KL *al. pler.* *om.* **neque angeli neque principatus** *Hil.* (*ps.* 65). *om.* **neque principatus** *Orig.* (*int.* iv. 568). *om.* **neque angeli neque princ. neque inst. neque fut.** *Tert.* (*scorp.* 13). **instantia** (istantia *ut uidtur* T*, *corr. in* stantia; stantiam *d**, *corr.* d^{2}) = ἐνεστῶτα : praesentia *Ambr.* (*ps.* 43, *ps.* 118) *Ambrst. Hil.* (*ps.* 65, *ps.* 118) *Orig.* (*int.* iv. 459, 568, 608, *sed* 'praesentia *siue* instantia' 609) *Hieron.* (*ter*) *Aug.* (*semper, exc.* i. 694). > neque praes. neque fut. neque angeli *Orig.* (*int.* iv. 568). **fortitudines** *cum* CGHΘMR (furtitudinis) T *Pel.*, *cf.* uirtutes *Orig.* (*int.* iv. 568, 608, 609) = δυνάμεις *gr. plur.* : fortitudo ABDK (fur.*) L^{4}OUVWZ *vg. Tisch. c Ambr.* (*ps.* 43) *Hieron.* (vi. 329, vii. 383, 676), *et* uirtus FL* *Mediol.* (E 26 *inf.*) *d e f g Tert. Orig.* (*int.* iv. 459) *Hil.* (*ps.* 118) *Aug.* (ii. 471, iii. 1. 82, iii. 2. 915, iv. 37, x. 758) *et* δυναμισ D*. *om.* **neque fortitudines** *cod. caraf. t Ambrst. Hil.* (*ps.* 65) *Aug.* (i. 694, vi. 540, x. 736) *cum gr.* 116 *etc. sed etiam gr.* KL *al. pler. omittunt hoc loco, addunt uero post* **principatus**; *uide supra.* > neque altit. neque prof. neque praes. neque fut. *Ambrst. Ambr.* (*fid. l.* v).

39. *om.* **neque alt. neque prof.** *Hil.* (*ps.* 64). **altitudo** (ὕψωμα) : excelsum CT (c *sup. lin.*), excelsa *Hieron.* (i. 870); sublimitas *Tert.* (*scorp.* 13). > neque altitudo neque fortit. D. **neque** *tert.* + ulla *Orig.* (*int.* iv. 610, *et* > alia ulla 459;

Digitized by Google

a caritate dei quae est
in christo iesu domino nostro.
IX. 1 Ueritatem dico in christo
non mentior
testimonium mihi perhibente
conscientia mea in spiritu sancto
2 quoniam tristitia est mihi magna
et continuus dolor cordi meo
3 optabam enim ipse ego
anathema esse a christo
pro fratribus meis
qui sunt cognati mei
secundum carnem
4 qui sunt israhelitae
quorum adoptio est filiorum
et gloria et testamenta

---

sed om. ulla 568, 608) *cum gr. plur.* (*non autem* DEFG); *item* > alia quaelibet creatura *Hieron.* (vii. 676). **creatura** (*κτίσις*): condicio *Tert.* **alia** (a *pr. sup. lin.* T, a *pr. in ras.* H) = *ἑτέρα*: aliqua O^{1}U. > alia cr. *Ambrst. Hieron.* (i. 870, vii. 383), alia condicio *Tert.* poteterit M*. **separare** *arcte in ras. scr.* B; seperare D. > separare nos possit *Ambr.* (*fid. l.* v), > sep. nos possint *Ambr.* (*ps.* 43), sep. nos poterunt *Ambr.* (*ps.* 118 *heth*). **caritate** (char. *vg.*): dilectione *Tert. Hieron. semel* (vii. 383); *et* > a dil. dei separare *Tert.* **quae** (que MW) **est**: quam habemus *Hieron.* (i. 870); *om. g.* *om.* **dom. nostro** *Ambr.* (*ps.* 118) *Hil.* (*ps.* 65). *Aug. qui hunc u. saepe citat* (*sc.* i. 694, ii. 471, iii. 1. 82, iii. 2. 915, iv. 37, vi. 540, x. 736, 758) *semper cum textu nostro concordat.*

IX. 1. **ueritatem**: uerumtamen *ut udtur* G*. *om.* **dico** U*(+U^1) *e.* **in christo** *codd. plur.* ℌℭ *et gr. plur.*: *om.* M* *Hieron.* (vii. 383); + iesu DUϚ𝕾 *d e f g Ambrst. Hieron.* (i. 870) *Sed. cum gr.* D*EFG; + et Z^c *cor. uat.** **testimonium mihi perhibente** (perib. C; perhibent L*, perhibet L^1; > perhibente mihi *Bentl.*) = *συνμαρτυρούσης μοι*: *om.* **mihi** *e*; testim. reddente mihi *f canones Hibern.* xxxv. 1; contestante mihi *Aug.* (viii. 227, 585); testimonium uel contestante mihi *g.* consciencia W, constientia Z, conscia (*sine linea*) Θ. **in** (cum uel in *g*) **spir. sancto**: *om. ut udtur Hieron.* (vii. 383).

2. **quoniam**: quia *Aug.* (viii. 227, 585). tristicia WZ. **est mihi magna** ACDFGHΘLORU^{1}W (michi) *c d dem. e edd. ant. Hailbr.* 1476, *Wild* 1481, *Froben* 1502, *Orig.* (*int.* iv. 610) *Hieron.* (i. 870) *Aug.* (*bis*) *Pel.*, *contra ordinem graecum*: > mihi est magna (*μοί ἐστιν μεγάλη*) BKMTVZ^1 (*om.* mihi Z*) *f g Bentl. Hieron.* (iv. 282); > est magna mihi U*; > mihi magna est *vg. edd. ant. Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Sacon* 1515, 1519, *Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534; mihi est (*sine* magna) *Sedul.* **continuus**: + *ras.* 2 *litt.* U; indesinens *Hieron.* (iv. 282); *gr.* *ἀδιάλειπτος.*

3. obtabam DT. *om.* **enim** D *Cypr.* (*test.* ii. 6, iii. 107) *Ambr.* (*inst. uirg.* 6) *Hieron.* (i. 870, vi. 392). **ipse ego anathema** (-thama G) **esse** (·sse G) *hoc ordine* (= *αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι gr.* CKL *al. longe plur.*) *cum* ACFGHLOTUWZ* *d^3 dem. Pel.*: > ego ipse ana. esse BΘKMRVZ^c *vg. c syr. pesh. Cypr.* (*test.* iii. 107) *Orig.* (*int.* ii. 362) *Ambrst. Hieron.* (i. 870, iv. 282) *Aug.* (viii. 227, 585); > anathema esse ipse ego *d* e f g Orig.* (*int.* iv. 610) *Bentl. cum gr.* (ℵ)ABDEFG *go. syr. harcl.*; > ego anathema esse ipse *Cypr.* (*test.* ii. 6, *cod.* L); ego anathema esse (*om.* **ipse**) *Cypr.* (*test.* ii. 6, *codd.* WMB) *Ambr.* (*inst. uirg.*) *cop.*; > anathema esse ipse (*om.* **ego**) *Ambr.* (*luc. l.* 3); anathema esse (*om.* **ipse ego**) *Hieron.* (i. 871 *bis*, vi. 392), *et* > esse anathema (*om.* **ipse ego**) D *cf.* > *ειναι αναθεμα* ℵ (*sed + αυτοσ εγω*). **a christo**: *om.* D *Hieron.* (vi. 392); pro uel a christo *g.* **meis** *om. Cypr.* (*test.* ii. 6, *codd.* WLMB). **qui sunt cognati mei** (*ita et Hieron.* iv. 282) = *τῶν συγγενῶν μου*, *cf.* > cognatis meis qui sunt *Cypr.* (*test.* ii. 6 *codd.* LB): *om.* **mei** *d**(+*d^3*) *Sed. cum gr.* D*FG; cognatis *tantum g Ambr.* (*luc.*) *Ambrst. Aug.*, et propinquis *tantum Hieron.* (i. 870 ac prop.; 871, 872); *libere* qui sunt israelitae *Hieron.* (vi. 392); *ex Orig.* (*int.* iv. 611, 612) *nihil conici potest.* **secundum**: iuxta *Hieron.* (i. 870, 871, iv. 282).

4. srahelitae C, hisrahelitae DG, istrahelitae *d**, israelitae *vg.*, israhelite MW (isſite). **quorum adoptio** (-btio CT; adoptatio *d^2*, *corr. d^3*) **est filiorum** = *ὧν ἡ υἱοθεσία*: > quorum est. ad. filiorum H *Hieron.* (iv. 282), > quorum *esset* filiorum ad. *Tycon.* (*reg.* 3); qu. est adoptio (*sine* filiorum) *Aug.* (viii. 190, 227, 585), *et* qu. adoptio est *Cypr.* (*test.* ii. 6); quorum adoptio *tantum g Cypr.* (*codd.* LB) *Hieron.* (i. 870, *cf.* 833). **gloria** (ad gloriam M*): claritas *Cypr.* **testamenta** *cum* ACGHΘMORTZ* *d e f g Orig.* (*int.* iv. 610, 611, 634, 639) *Hil.* (*ps.* 51. 19) *Aug.* (*ter*) *Tycon. Pel. Bentl. et* αἱ *διαθῆκαι* ℵCK *al. omn. uid.*, *syrr. pesh. et harcl.*: testamentum BDFKLUVWZ^c *vg. c dem. Cypr. Hieron.* (i. 833, iv. 282), *cf.* confectio (*uel* confessio) testamenti *Hieron.* (i. 169) *et* ἡ *διαθήκη* BDEFG. **et** *tert. om.* T*(+ *m. rec.*). **legislatio** (-cio Z): legis constitutio *Cypr. Aug.* (viii. 227, 229, 585). > et legisl. et glo. et test. *Hieron.* (iv. 282). **et** *quart. om.* O*(+O^1). **obsequium** (hobs. C; obsequio Z*) = ἡ *λατρεία*: famulatus *Cypr.*; cultus *Hieron.* (i. 870), obsequia cultus *Orig.* (*int.* iv. 634), cultura *Hieron.* (i. 833); *om.* **et obsequium** *Hieron.* (iv. 282); *λατρεία quinquies occurrit in N. T.*; *in Ioh.* xvi.

Digitized by Google

et legislatio et obsequium
et promissa
5 quorum patres et ex quibus
christus secundum carnem
qui est super omnia deus
benedictus in saecula amen.

6 Non autem quod exciderit
uerbum dei
non enim omnes qui ex israhel
hi sunt israhelitae
7 neque quia semen sunt abrahae
omnes filii

2, *Rom.* ix. 4, xii. 1 *redditur ab Hieronymo* obsequium, *Hebr.* ix. 1 cultura, 6 officium; *uariant ueteres, uide ad Ioh.* xvi. 1 *etc.* **promissa** *codd. plur. vg. uett. plur.* = *ut credimus* αἱ ἐπαγγελίαι *gr. plur., cf.* promissiones *Cypr. Orig.* (*int.* iv. 610, 611) *Aug.* (viii. 227, 229, 585), repromissiones *Orig.* (*int.* iv. 639) *Hieron.* (i. 870, iv. 282, vi. 459): promissio D *Hieron.* (i. 833), repromissio *Hieron.* (i. 169), promissa uel promissio *g*, = ἡ ἐπαγγελία DEFG *cop.*; promissa *nom. sing.* (*cf.* remissa *etc. et uide ad Luc.* xxiv, 47, 49) *nusquam, quantum scimus, in codicibus Hieronymianis occurrit; inuenitur autem apud Commodianum, Apol.* 983. *om.* **et obseq. et prom.** *Aug.* (viii. 190).

5. **quorum** + sunt *cor. uat.* dem.* *om.* **et** BDKO^cUV𝔖𝔛 *f g cor. uat.* Cypr.* (*test.* ii. 6, *codd.* WM) *Uigil.* (*Uarim.* ii. 1) *cum gr.* FG. **quibus** + est *vg. edd. ant. plur. Hieron.* (i. 870) *Sed.* **secundum** (sececundum H; iuxta *Hieron.*) **carnem**: *om.* D. **omnia**: omnes *Aug.* (iii. 2. 915), *et* > deus super omnes *Iren.* (*Mass. p.* 205). *om.* **deus** G*(+G^1) *Par. lat.* 17250*; *in* Z *ultima pars lineae periit sed, iudice Berger, spatium arctius est, et ita Z* forsan omisit. Ipse Berger omissionem in* G *tribuit Arianismo; 'l'omission de* deus *Rom.* ix. 5, *pourrait paraître suspecte d'arianisme, apparaissant dans un m. s. visigoth'* (*Berger, Hist. de la Vulg. pp.* 71 *n*, 51 *n.*). > benedictus deus *dem.* secula CMW𝔖𝔛. *om.* **amen** L*(+L^1) *m Cypr.* (*test.* ii. 6) *Iren. Orig.* (*int.* iv. 610) *Aug.* (iii. 2. 915, viii. 190, 228, *non* 585) *Pel.* **qui est super omnia deus** *cum praecedd. coniungunt m et Patres latini, e.g. Iren.* (*l.c.*) *Cypr.* (*l.c.*) *Nouat.* (*trin.*) *Hil.* (*trin.* viii; *pss.* 51, 122) *Aug.* (iii. 2. 915, viii. 190, 228, 585) *Cassiod.* (*P.L.* 70, 1327) *Sed., et similiter Orig.* (*int.* iv. 610, 612); *cf. Tert.* (*Prax.* 15) '*christum autem et ipse deum cognominauit,* quorum patres, et ex quibus christus secundum carnem qui est super omnia deus benedictus in aeuum,' *et* (*Prax.* 13) 'ex quibus christus, qui est, *inquit,* deus super omnia, benedictus in aeuum omne'; *Uigil.* (*Uarim.* ii. 1) '*si ita est, ubi est illud quod de filio dixit apostolus* quorum patres, ex quibus christus secundum carnem qui est super omnia' *etc., et* (*Uarim.* i. 2) '*si secundum te ita est, cur apostolus praedicat talia, et eundem filium* deum super omnia benedictum *insinuat?* quorum patres, *inquit,* et ex quibus christus secundum carnem qui est super omnia' *etc.; Quaest. uet. et nou. test.* xci. 8 '*ut secundum carnem ex patribus, secundum diuinitatem uero ex deo christus sit* super omnia deus'; *Ambrst.* (*Rom.* i. 25) '*hanc benedictionem alio loco filio dei adsignat, inter caetera dicens* et ex quibus christus secundum carnem qui est super omnia' *etc. Codices Hieronymiani plerumque distinctione carent ut e.g.* BDH*R (*ut udtur*) U; *diuisionem Amiatinam in textu dedimus, uide supra;* M *habet* carnem | Qui est *etc., cf.* carnem. Qui est F, carnem· | qui est G *f*, carnem; qui est H^cW *Monac. lat.* 4577, carnem qui est Θ; *contra* carnem qui ·ē *etc.* K; *g distinctione caret sed* G^{gr} *habet* σαρκα·οων· επι παντων *κ.τ.λ., et d habet* carnē | qui est super omnia dš | benedictus *etc.*; carnem, qui est *vg.*

6. **non autem quod** (quo AG^c *Monac. lat.* 4577) **exciderit** *codd. plur. vg. c f*: non enim qui excidit *g*; non autem (enim D *Sed.*; tamen *Tycon.*) excidit D (excedit) LO* (*corr.* O^1) *d* (-det d^3) *dem. e Orig.* (*int.* iv. 612) *Tycon.* (*reg.* 3) *Ambrst. Pel. Sed.*; non potest (+ autem iii. 2. 919, viii. 229) excidere *Aug.* (iii. 2. 919, viii. 229, 588, x. 954) *quod graeco* οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν *propius accedit.* **uerbum** (-uum L): sermo *Tycon.* **non** *sec.*: neque *Aug.* (viii. 32) *Ambrst. Sed.* (nec). **enim** *om. Ambrst.* **qui** + sunt *Orig. Ambrst. Tycon. Aug.* (iii. 2. 919) *Sed.* **ex** + circumcisione sunt H𝔖 (circunc.) *edd. Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Froben* 1502, *Sacon* 1515, 1519. **israhel** (istrahel *d**, srahel C, israel TV *vg.*, hisrl D): + sunt 𝔖𝔆 *cor. uat.* edd. ant. Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534, *f g* (uel sunt) *Aug.* (viii. 32); *om.* H. hii CDFHΘ*MTWZ, ii *vg.* **israhelitae** (istra. *d**, hisra. D, sra. F^c, israhelite HM, israelitae *vg.*, isrlite G^2W) = *gr.* DEFG 63. 66* Ἰσραηλῖται: israhel R, srahel C, isrl G*, israel T, *et ita Aug.* (ii. 734, viii. 32 > isr. sunt, 588, x. 106, 954) *Tycon. Bentl. cum gr.* ℵABKL *al. pler.* Ἰσραήλ.

7. **quia** (ὅτι): qui DF^cRU *vg.* (*non cod. caraf.*) *dem. Orig.* (*int.* iv. 612 *lemm., sed infra* quia *in comm.*) *Aug.* (ii. 734, viii. 32, 229) *et* οὐ γὰρ ὅσοι σπέρμα *Orig.* (iii. 2); hi *g*; *om. f*; + ex G*, + et G^c. **semen sunt**: > sunt semen DO *d e g Orig.* (*int.* iv. 612 *semel*) *Aug.* (*semper*) *Tyconius* (*reg.* 3), *et gr.* εἰσὶν σπέρμα; *om.* **sunt** H *f.* **abrahae** (-he MW, abrae *g*, abarchae D): abraham *Orig. Aug.* (*semper*). > abrahae sunt *c.* **omnes**: + sunt *cor. uat.**; + abrahe sunt W. **filii**: + sunt *Aug.* (viii. 32); + abrahae T, + abarchae D. **isaac** *codd. plur. et vg. et* isahac T *f*, ysahac CL^3, ysaach G, ysaac W, isaak *g* =

Digitized by Google

sed in isaac uocabitur tibi semen
8 id est non qui filii carnis
hi filii dei
sed qui filii sunt promissionis
aestimantur in semine
9 promissionis enim
uerbum hoc est
secundum hoc tempus ueniam
et erit sarrae filius
10 non solum autem sed et rebecca
ex uno concubitum habens
isaac patre nostro
11 cum enim nondum nati
fuissent
aut aliquid egissent bonum
aut malum
ut secundum electionem
propositum dei maneret

ἰσαάκ gr. plur.: isac F *d**, issac D, *et* *ἰσάκ* ℵ*DEG; + in genesi R^{mg}. saemen C.

8. **id est, non** (*ita Aug.* vi. 544, vii. 444) = *τοῦτ' ἔστιν, οὐ*: hoc est, non *Aug.* (ii. 727, 734, viii. 32, 229, 588, x. 954); non enim *Hil.* (*ps.* 52) *Aug.* (x. 106) *Sed.*; quoniam non *Aug.* (iii. 2. 798); + hi *Aug.* (ii. 734, viii. 32, 229, 588, x. 954). **qui** *pr.* + sunt *Tycon.* (*reg.* 3). fili *pr.* O*T*. **hi** (i *in ras.* G, hii ACDFHΘ*MRTWZ): *om. Hil.*; + sunt *Ambrst. Aug.* (ii. 439) *Tycon. Sed.* **filii** *sec.* (fili O*): + sunt *Orig.* (*int.* iv. 612). **dei** + sunt *Hil.* **qui filii** (fili O*) **sunt** (> sunt fil. *Hieron.* i. 833): filii *f g Hil. Aug.* (*fere semper*) *Tycon.*; qui filii *Aug.* (iii. 2. 798). repromissionis *Monac.* 4577* *Hieron.* > prom. sunt D *Orig. Ambrst.* **aestimantur** (est. DMUW, ext. L; aestimatur O*) = *λογίζεται*, *cf.* isti existimantur *Hieron.*: extimabuntur CT, aestimabuntur Θ; deputantur *Orig. Hil. Aug.* (*semper*) *Tycon.* *om.* in O*. **semine** (sae. C): semen O* *d Hil. Aug.* (ii. 727, 734, viii. 32, 229, 588, x. 106, 954) *Tycon.*, *et ita uoluit Bentl.*, *cum gr.* *εἰς σπέρμα*.

9. promissiones G. **enim** (*γάρ*): autem AM *Aug.* (x. 106). > uerbum enim W. **hoc** *pr.*: *om.* H*(+H^{1}). sermo uel uerbum hic uel hoc *g*. **secundum hoc tempus** (*κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον*) *codd. vg.*, *et* sec. tempus hoc *d*^{3} *e*: ad tempus hoc *d* f g*, ad hoc tempus D *Orig.* (*int.* iv. 612, 613) *Ambrst. Aug.* (ii. 439, 727, vi. 89, x. 106, 954) *Sed.* **ueniam et erit** *in ras.* U; *post* **ueniam** + ubs A^{c} *in mg.* **erit sarrae** (sarae Θ^{c}O^{c}UZ^{c} *vg.*, sarre LM, sare W) **filius** = *ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός*: habebit sara filium *Ambrst.*; + in geñs V^{mg}.

10. **non solum autem** (*οὐ μόνον δέ*) *cum* ACF^{c}GHΘMRTUZ* *uett. plur. cod. caraf.*: + illi BDF*KLV *Sedul.*, + illa WZ^{c} *vg. c Bed.*, + haec *Ambrst.*, *sine auct. graeca*; + sarae O (*in ras. scr.*). **rebecca** *cum* AGHΘMRUWZ^{c} *vg. uett. plur. et graeco*: rebeccae BCD (rebecae) F (reueccae) KLOT (rebecce) VZ* *g*. **concubitum** (*uide infra*) *legimus cum* F (concubitū) *et gr.* *κοίτην*, *et ita uoluit Bentl.*: concubitu *codd. rell.* (concubito Z*, congubito L*, congubitu L^{c}) *vg. Tisch. uett.* **habens** (abens C*): + geminos filios *cor. uat.* tepl.* **isaac** (isahac T, ysaac W, ysahac C, ysaach *c*, isaak *g*) = *ἰσαάκ gr. plur.*: isac O *d**, issac D, *cum gr.* *ἰσάκ* DE. > hisaac habens *f**. **patre nostro** *cum* ACFGΘ*L^{4}O^{c}TU^{c} *Pel.*, *et* patri nostro BKVZ^{c} *d*^{3} (patri nostri *d**): patris nostri DHΘ^{c}MO*RW *vg. c e f g cor. uat.* Iren.* (*Mass. p.* 258) *Orig.* (*int.* iv. 613) *Ambrst. Aug.* (ii. 727, 735, vi. 88, 89, x. 106, 954) *Sed.*; patrem nostrum L*U*Z*. **ex uno concubitum habens isaac patre nostro** = *ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν*: *credimus hanc ueram lectionem Hieronymianam esse quamuis* concubitū *in* F *tantum appareat; optimi enim codices nostri legunt* patre nostro, *quod sine dubio correctionem indicat. Ueteres contra legisse uidentur* ex uno concubitu habens isaac patris nostri, *quod intellegi potest si* habens *pro* in utero habens, *uel* filios habens (*ut cor. uat.* tepl.*) *sumatur*.

11. **cum** (quum Θ, *non* C) **enim**: nam cum D *d** (*corr. d*^{3}) *e f* (*sed* non cum *f*^{c} *super* F^{gr}) *g Orig.* (*int.* iv. 613) *Ambrst.* **nati fuissent** (fuisent L*): nati essent *Aug.* (vi. 88, x. 955, 956); > fuissent nati D; + uel natis *g*, *cf.* nondum (de nond. x. 106) enim (*om.* vi. 232, x. 17) natis (nascentium iii. 2. 916) *Aug.* (ii. 668, 735, iii. 2. 916, vi. 232, x. 17, 106); *gr.* *μήπω γὰρ γεννηθέντων*. **aut** *pr.* (= *ἤ* FG) *codd. plur.* (*sup. lin.* T, aud L*) *vg. uett.*: neque (*Bentl.*) *Aug.* (ii. 668, 735, iii. 2. 916, vi. 88, 90, 91, 232, x. 17, 106, 955, 956), *et gr. plur.* *μηδέ*. **aliquid egissent** (heg. C, aeg. L) *codd.* (*om.* T*, + *mg.*) *vg. uett. plur.*, *et* aliquid agentibus *Aug.* (ii. 668, vi. 232), qui aliquid egerant *Aug.* (x. 17), qui aliquid operati fuerant *Aug.* (x. 106), *contra ord. gr.*: > egissent aliquid *f Bentl.*, qui egerint aliquid *Aug.* (ii. 735), agentium aliquid (*Aug.* iii. 2. 916), agentibus aliquid *g*; *gr.* *πραξάντων τι*. > aliq. boni egissent *vg. edd. ant. plur.* (*non autem Froben* 1502). **bonum aut malum** *cum* ABCF*G*Θ*KLO*TUVZ *d e g Pel. Bentl.*, bonum uel malum D *Aug.* (vi. 90), bonum seu malum *et* siue bonum siue malum *Aug.* (vi. 91): boni aut mali F^{c}HΘ^{c}MO^{c}R *vg. c f Aug.* (ii. 668, 735, iii. 2. 916, x. 17, 106, 956) *et* bonum aut mali G^{c}, boni uel mali W *Orig. Aug.* (x. 954, 955), boni seu mali *Aug.* (vi. 232). aelectionem CL; electio non O^{c}. > dei propositum FLO* *cum gr. min. pauc.* **maneret** (-rit Z*): + et L; maneat *Orig.*, permaneat *Iren.* (*Mass. p.* 258). **ut . . .**

Digitized by Google

12 non ex operibus sed ex uocante
dictum est ei
quia maior seruiet minori
13 sicut scriptum est
iacob dilexi
esau autem odio habui.
14 Quid ergo dicemus?
numquid iniquitas apud deum?
absit 15 mosi enim dicit
miserebor cuius misereor
et misericordiam praestabo cuius
miserebor.
16 Igitur non uolentis
neque currentis
sed miserentis est dei
17 dicit enim scriptura pharaoni
quia in hoc ipsum excitaui te
ut ostendam in te uirtutem
meam et adnuntietur
nomen meum in uniuersa terra.
18 Ergo cuius uult miseretur
et quem uult indurat

---

maneret: ut propositum quod per electionem dei factum est permaneret D.

12. hoperibus C. **uocante** (τοῦ καλοῦντος): uocatione DF (-nem F*)L*, uocacione Z^c; uocantibus M* (*corr.* M^1). **ei**: *om.* CU^c *d e Orig.* (*int.* iv. 613) *Ambrst. Pel. Aug.* (ii. 668, x. 17, 954, 955) *cum gr.* D* *Orig.* (iv. 84, 85); + duo populi in utero tuo et duae gentes in uentre tuo et populus populum superabit et *Iren.* (*Mass. p.* 258) *ex Gen.* xxv. 23. **quia**: qui M^c; *om. Iren.* (*u. supra*). > minori seruiet D. **minori**: + ubs A^c *in mg.*; + in genesi F^{mg}. *Inc. uers.* 12 **dictum est ei** *Tisch.*

13. scribtum L*R. hesau C, essau D, aesau L. **autem**: *in ras.* O^c; hautem C. esautem *uno uerbo* R. > autem esau *g.* odio (hod. CT) **habui**: odiui *g*; + in malachiel F^{mg} R^{mg} (+ IIII), + in malacia A^c *in mg.*

14. **dicemus** (ἐροῦμεν): dicimus BKVZ^c. nunquid W𝔇, nūquid Ϛ. **iniquitas**: + est DW *dem. Orig.* (*int.* iv. 613) *Aug.* (*saepe, non autem* ii. 669, vi. 232) *Sed.* aput CF*H^1L*M. > est apud deum iniquitas *Aug.* (x. 478).

15. **mosi** A, *et* moysi BCFGΘKLMORUVZ^c *vg. Tisch.*, moisi TW, *cum uett. plur. et graeco*: moyses HZ* *d** (-si *d*^2) *Aug.* (x. 954), moesses D. **enim**: autem O. **dicit**: inquit *Aug.* (ii. 669). **miserebor** *pr.* (-ibor F*) = ἐλεήσω: misereor CΘ*LT. **cuius** *pr. cum* ABGΘ^cKMO^cRUVWZ 𝔇𝔖𝔈 *cor. uat. mg. Orig.* (*int.* iv. 613, 614) *Aug.* (vi. 233) *Pel.*: cui CDFHΘ*LO*TϚ *cor. uat.* * *c d e f g Ambrst. Ambr.* (*ps.* 118 *iod*) *Hieron.* (i. 834) *Aug.* (*fere semper*) *Bentl.* **misereor** (miseor R) = ἐλεῶ: miserebor CΘ*LT *cor. uat.* *; misertus ero DO* *d** *Ambrst. Ambr. Aug.* (*semper*) *Sed.*; misertus fuero *Hieron.*; misertus sum Ϛ *edd. ant. plur.*; misereor uel misertus sum *g*; + in exodo A^{mg}. **misericordiam praestabo** (prest. CMUW) = οἰκτειρήσω. **cuius** *sec. cum* ABGΘKO^2 RVZ^c𝔖𝔈 *Pel.*: cui CDFHLMO*TUWZ*Ϛ𝔇 *cor. uat. uett. et patres plur.* **miserebor** *sec.* (misebor H*): misertus fuero FL *Monac. lat.* 4577^c; *melius forsan* misericordiam praestitero *Ambrst. Ambr.*, misericors fuero *Aug.* (*semper*), *graec. enim* οἰκτείρω; + in exodo F^{mg} V^{mg}.

16. **igitur** = ἄρα οὖν. **non** + est *Ambr.* (*ps.* 118 *iod*) *Hieron.* (i. 836). uolentes L*Z* *d** (*corr. d*^2). *inc.* non enim uolentis *Hieron.* (ii. 686, 736). currentes L*Z* *d** (*corr. d*^2). **sed** *om.* O*(+O^2). miserentes Z*; miserantis BKV, miss. D. *om.* **est** (*cum graeco*) GU* *d*^2*g Hieron.* (i. 836) *Pel. Bentl.* > mis. dei est *Orig.* (*int.* iv. 614 *semel*) *Ambr.*; > dei misserantis est D.

17. **enim** *om.* A. scribtura L*R. faraoni DLT; ad pharaonem *Ambrst. Aug.* (ii. 727); + in exodo R^{mg} V^{mg}. **quia**: qui M. **in** *pr.*: *om. d*; ad CΘT *Orig.* (*int.* iv. 613, 614, 615) *Ambrst. Aug.* (ii. 669, 727, iii. 2. 917, vi. 96, 99, 233, x. 954) *Sed.* **ipsum**: *om.* L*(+L^2) *Aug.* **excitaui** (ta *sup. lin.* V; exciticui Z*) **te** (tae ||| V) = ἐξήγειρά σε: > te excitaui CΘTU *Aug.*; excitaui uel suscitaui te *g*; > te suscitaui D *Orig. Ambr.* (*ps.* 118 *iod*), > teipsum reseruaui (*alii* seruaui) *Ambrst.* (*sed notat* 'alii codices sic habent quia ad hoc te suscitaui') *cf. Aug.* (iii. 1. 430) *qui Exod.* ix. 16 *citat* 'propter hoc ipsum conseruatus es'; *et LXX est* ἕνεκεν τούτου διετηρήθης; *uide et Souter,* '*Study of Ambrst.*' *p.* 199; exiui a te O^c; + ubs A^c *in mg.* hostendam C. **in te**: inter H. **uirtutem** (δύναμιν): potentiam *Aug.* (*exc.* x. 954). **et** ABCDKMO^cTVZ^c *c Hieron.* (i. 834): et ut FGHΘLO*RUWZ* *vg. Tisch. d e f g cor. uat.* ('*grecus*') *Orig. Pel. Aug. Sedul., et gr.* καὶ ὅπως; ut *cor. uat.* ('*antiqui*'). **adnuntietur** *codd. plur.*, adnont. Z*, annunt. BKTVZ^cϚ𝔇, annunc. W𝔖𝔈, annut. R, adnuntiaetur L: nuntietur *d** (*corr. d*^2) *Ambrst.*; glorificetur *Aug.* (ii. 727) *Bed., sed gr.* διαγγελῇ (-λεῖ LP 15 *etc.*). huniuersa C.

18. **ergo** = ἄρα οὖν: igitur ergo *d** (*corr. d*^2) *g.* **cuius** ABGΘKVWZ^c𝔇𝔖𝔈 *Aug.* (*saepius*) *Pel. Quaest. uet. et nou. Test.* lxxv: cui CDFHLMO RTUZ*Ϛ *c d e f Ambr.* (*ps.* 118 *iod*) *Orig.* (*int.* iv. 613, 614, 615) *Ambrst. Aug.* (iii. 2. 917); quem *g.* **uult** *pr.* (uul H *d**): + deus DO* *d e cum gr.* DE 69. misseretur D; miseritur *d** (*corr. d*^2). **uult miseret** *in ras.* G. **et quem**: quem autem *d** (*corr. d*^2) *g, et gr.* ὃν δέ. **uult** *sec.*: uul Z* *d*; *bis scr.* G. **indurat**: obdurat DF^{mg} (obturat) R *Ambr. Aug.* (*semper*) *Sed.*

Digitized by Google

19 dicis itaque mihi quid adhuc
queritur?
uoluntati enim eius
quis resistit?
20 o homo tu quis es
qui respondeas deo?
numquid dicit figmentum
ei qui se finxit
quid me fecisti sic?
21 an non habet potestatem
figulus luti
ex eadem massa facere
aliud quidem uas in honorem
aliud uero in contumeliam?
22 Quod si uolens deus ostendere
iram et notam facere
potentiam suam
sustinuit in multa patientia
uasa irae aptata in interitum
23 ut ostenderet diuitias

---

19. **dicis** (*ita omnes*; *sed gr.* ἐρεῖς *et uoluit* dices *Bentl.*) **itaque mihi**: *om. ut udtur Aug.* (vi. 52, 54). **quid** (i *in ras.* Θ): quod *f*; *item sine addit. cum codd. plur. vg. c* d^3 *e et gr.* ℵAKLP *al. omn. uid.*: + igitur DW *d* g Sedul.*, + ergo O* *Orig.* (*int.* iv. 613, 615) *Hieron.* (ii. 723), + dī *f* (*forsan pro* deus *ut conicit Tisch.*, *sed* F *non habet* ὁ θεός), *et* + οὖν BDEFG. **adhuc** (ἔτι): *om. Hieron.* (ii. 723). **queritur** (μέμφεται) *cum* CDMTU*W *vg.*, *et* quaeritur ABFGHΘKLORU^{c}VZ *Tisch.*, *cf.* querella, quaerella *etc. ad Luc.* i. 6: conqueritur *Aug.* (*semper*). > quid ig. qu. adhuc *Sedul.* **uoluntati** (uolumt. T, uolumpt. C) **enim** (*om. g*): nam uoluntati *Aug.* (*exc.* vi. 54). **eius** (eis R): illius *Orig.* (*int.* iv. 597). **quis**: qui KM*; quid *d** (*corr.* d^3). **resistit** (-tet DW, -tes Z* *ut udtur*): potest resistere *Hieron.* (i. 836, ii. 723); *gr.* ἀνθέστηκεν, *et uoluit* restitit *Bentl.*

DFNUVWZ^{c}ꝸ𝔖𝕮 *c d e Zeno Ambr. Sedul.*: mundum iud. *f g r Cypr. Hil.* (*ps.* 2, *ps.* 143) *Aug.*, *cf. Canones Priscill. c.* xlvi (*supra p.* 26), *et* hunc mundum iud. *Cypr.* (*cod.* M) *Ambrst.* (*diserte*); *gr.* τὸν κόσμον κρινοῦσιν. **si** *om.* D *d e r Hil.* (*ps.* 2) *Pel. cum gr.* D*, *ut sit sensus* sancti mundum iudicabunt et in uobis iudicabitur mundus. **uobis**: nobis *r Ambrst.* **iudicabitur** *contra graecum paene omnes*: indicatur *r Hil.* (*ps.* 2) *et gr.* κρίνεται. hic mundus DN* *d e Hil.* (*ps.* 2); + et U. **indigni estis qui de** (quide L*, quidem L^{2}) **minimis** (minis K*L*) **iudicetis** (iudiciis L^{2}) = ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων, *cf.* indigni estis indiciorum minimorum *d e g*: indigni sunt iudiciorum minimorum *r*; indigni sunt ergo qui de minimis iudicent *Pel.*; indigni ergo sunt huiusmodi qui etiam de minimis iudicent D *Ambrst. Canones Hibern.*

3. *Ad init.* + an *Orig.* (*int.* iv. 510) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1050), + aut *Hil.* (*ps.* 149). **nescitis** (-tes Z*) = οὐκ οἴδατε: non scitis *Tert.* (*pudic.* 14). **quoniam**: quia *r Hil. Orig. Aug.* (i. 622, iii. 1. 78, iv. 450, 916, 921, 968; *non autem* ii. 558, iii. 2. 509); quod *Tert.* hangelos C, anguelos D. **iudicabimus** (-uimus FRT) *codd. vg. uett. plur. et Aug.* (ii. 558, iii. 1. 78, iii. 2. 509), *et* sumus (estis *Hil.*) iudicaturi *Tert. Hil. Aug.* (i. 622), *cf. Hieron.* (i. 123) = *gr.* κρινοῦμεν: iudicamus *d e.* **quanto** (quato L*) **magis** = πόσῳ μᾶλλον FG: nedum *r Aug.* (iii. 1. 78), neque *d e*; μήτιγε *gr. plur.* secularia CLMPUꝸ𝕭. **quanto magis saecularia** *om.* D *Ambrst. Pel.*

4. secularia CLMPUꝸ𝕭, secula R. **igitur**: itur M. **si** *in ras. scr.* Θ. habueretis R. **contemptibiles** (-lis F, contemtibiles HOT, contemtibilis P) **qui sunt**: eos (*om. Sedul.*) qui contemptibiles sunt *r Aug.* (iii. 1. 78, vi. 226, 499, viii. 200) *Sedul.*; *gr.* τοὺς ἐξουθενημένους. eclesia CKMOP, aecclesia N, aeclessia D. **illos**: hos *r Aug.* **constituite**: conlocate *r Aug.* (vi. 226, 499, viii. 200, *et codd. ad* iii. 1. 78). > ad iudicandum constituite *Ambrst.* **ad iudicandum** *om. Bentl. d e f g r Aug.*, *et gr. tantum* τούτους καθίζετε. ndum (5) ad *in ras. scr.* H.

5. *Ad init.* + hoc D. **uerecundiam** (ue *in ras.* V; uerecondiam D) = ἐντροπήν: reuerentiam *d e r Ambrst. Aug.* (iii. 1. 78, vi. 226, 499), *cf. cap.* xv. 34 *ubi codd. paene omnes habent* reuerentiam; *sed Hebr.* v. 7, xii. 28 reuerentia *respondet graeco* εὐλάβεια, *et* I *Tim.* ii. 9 uerecundia = αἰδώς. **uestram**: uobis (= *gr.* ὑμῖν) *d e f g r Aug.* **sic**: si *Sedul.* **sapiens quisquam** *codd. vg. c* = σοφὸς οὐδείς *Euthal.* (*cod.*), σοφὸς οὐδὲ εἷς D^{2}L *al. plur.*: > quisquam sapiens *f g r Ambrst. Aug.* = οὐδεὶς σοφός ℵBC *min.*, οὐδὲ εἷς σοφός FGP 37. 74. 120; *om.* **quisquam** *d e cum gr.* D*E. > sapiens quisquam inter uos *Gesta ap. Zenoph.* (= *Corp. scr. eccl. latt.* xxvi, *p.* 191). posit D. **iudicare inter fratrem suum** (διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ) *codd. plur. vg. c* d e Ambr.* (*ep.* 82), *et* > inter fratrem suum iudicare *r Aug.*: iud. inter fratres D *Ambr.* (*serm. c. Auxent.*, *ad ep.* 21) *Gesta ap. Zenoph. Canones Hibern.*, *et* iud. inter fratrem *c*^{1}; iud. inter fratrem et fratrem suum T^{reo}W *cor. uat.**; iud. inter fra. et proximum suum U^{1}, iud. inter prox. et fra. eius *f*, iud. inter prox. uel in medio uel um fratrem suum *g.*

6. **sed** + et *Gesta ap. Zenoph.* (= *Corp. scr. eccl. latt.* xxvi, *p.* 191). **frater** (e *sup. lin.* P): fratrem *d.* **fratre**: fratrem L. **iudicio** (-tio VZ*; in iuditio W) **contendit** (contemnit P*) = κρίνεται *gr. plur.*, *cf.* iudicatur *r Aug.* (iii. 1. 78, vi. 226, 499) *Gesta ap. Zenoph.*: contenditis uel iudicio contendit *g*, et κριναιτε G, κρινατε F. **et hoc**: sed *Gesta ap. Zenoph.* aput AFGH*MNOTVZ*; apud uel inter *g.* **infideles** (-lis PZ*): + et non apud (inter *g*) sanctos *f g Par. latt.* 341, 342, 343, 11932, 16262, *Lugd.* 333, *cod. tepl. cum gr.* FG καὶ οὐ ἐπὶ ἁγίων. *Deinde sequitur spatium* (*sine rasura*) *in g*, *et in graecis* F (*non autem f*) *et* G *usque ad u.* 15; *sed* G *iam addiderat* ουκ οιδατε *post* αγιων.

7. **iam** *om. d**. **omnino** (hom. C) = ὅλως: in totum *Cypr.* (*test.* iii. 44). dilictum D, delectum

quod iudicia habetis inter uos
quare non magis iniuriam
accipitis?
quare non magis
fraudem patimini?
8 sed uos iniuriam facitis
et fraudatis et hoc fratribus.
9 An nescitis quia iniqui
regnum dei non possidebunt?
nolite errare
neque fornicarii
neque idolis seruientes
neque adulteri
neque molles
neque masculorum
concubitores
10 neque fures neque auari
neque ebriosi
neque maledici
neque rapaces
regnum dei possidebunt.
11 Et haec quidam fuistis

AP. **in nobis** *codd. vg. c f Orig.* (*int.* ii. 301) *Aug.* (v. 1355, viii. 200) *Sedul.* (*semel*) = ἐν ὑμῖν *min., cf.* inter nos *Sedul.* (*semel*): uobis (*sine* in) *d e* (*Bentl.*) *cum gr. longe plur.*; *om. r Aug.* (iii. 1. 78, vi. 226; *codd. ap.* x. 752). > in nobis est *Cypr. Ambrst.* **quod**: quia *d e r Cypr. Orig.* (*int.*) *Aug. Sedul.* **iudicia** (-tia WZ*): *om.* P*. **inter uos**: uobiscum *r Aug. Sedul.*; inuicem *Cypr.* (cum inu. MB, aduersus inu. L). **quare** *pr.* + enim *Aug.* (x. 752). **magis ini. acc. quare non** *om* M* (+ M[1]). **iniuriam . . . fratribus** (8) *arcte in ras. scr.* L[2]. **iniuriam** (*in ras. scr.* U): iniquitatem *r Aug.* **accipitis** (accep. AF*P, accipites Z*): accepistis D(accip.)N *Sedul.*; patimini *d e r Cypr.* (*codd.* LMBW) *Ambrst.* (*ed. Roman.*) *Aug.*; sustinetis *Cypr.* (*cod.* A). **magis** *sec.*: potius *r Aug.* **fraudem** (-de M) **patimini** (-iemini D) = ἀποστερεῖσθε: *om.* **patimini** *Ambrst.* (*ed. Bened.*); fraudamini *d e r Cypr.* (*cod.* M) *Ambrst.* (*ed. Roman.*) *Aug.*

8. **uos** *om.* D. **iniuriam facitis** (-tes Z*) = ἀδικεῖτε: iniquitatem facitis *r Aug.* (iii. 1. 78, iv. 207, v. 1355, x. 752). **iniur. fac. et** *om.* P* *Sedul.* **fraudatis** (frad. G) = ἀποστερεῖτε. > fraud. et iniur. fac. DP[c] *d e Sedul.* (*ut udtur*) *cum gr.* DE. **fratribus** *codd. vg. uett. plur. et patres plur.*: fratres *r Cypr.* (*test.* iii. 44, *codd.* LB) *Aug.* (x. 752 *et codd. quidam ad* iii. 1. 78) = *gr.* ἀδελφούς; apud fratres *codd. quidam ap. Aug.* (iii. 1. 78).

9. **an** (han C): aut *d Cypr.* (*test.* iii. 44). **nescitis** (-tes Z*) = οὐκ οἴδατε: ignoratis *Iren.* (*Mass. p.* 265). **quia**: quoniam D *d e Iren.* (*pp.* 265, 305) *Cypr. Aug.* (iii. 2. 235, *non autem* iii. 1. 78) *Pel.* **iniqui** (ἄδικοι) *etiam Aug.* (iii. 2. 235): iniusti *r Iren.* (*bis*) *Cypr. Aug.* (iii. 1. 78, x. 752). **possidebunt** (possed. DO*) = κληρονομήσουσιν: hereditabunt *r Iren.* (*bis*) *Aug.* (iii. 1. 78); consequentur *Cypr.* **nolite errare** (*etiam Iren. p.* 305) = μὴ πλανᾶσθε: ne erraueritis *Tert.* (*pudic.* 16); nolite seduci *Iren.* (*p.* 265); *deinde* + nam *Ambrst.* **fornicarii** (-ri DL*M) *etiam Aug.* (ix. 61, x. 688) = πόρνοι: fornicatores *r Iren.* (*p.* 265) *Aug.* (ii. 50, 506, iii. 2. 972, v. 719, 776, 781, 1184, 1358, ix. 137); inpudici *d e.* **idolis** (idulis D, idoli *d* * r Pel.*) **seruientes** (-tis Z*): idola colentes *m*; simulacris seruientes *Aug.* (x. 688); idololatrae *Iren.* (*pp.* 265, 305), *et gr.* εἰδωλολάτραι; idolatres *codd. Arund. et Merc.* i *ap. Iren.* (*p.* 265). nequae *tert.* M. adulterii N. **neque molles**: *om.* M; *inc. u.* 10 𝕮. > neque molles neque adulteri *m.* ma[s]culorum T. **concubitores** (-ris Z*): concupitores P; adpetitores *Cypr.* (*test.* iii. 65; *dom. or.* 12). *Libere* moechos et fornicatores et molles et masc. conc. negans regn. d. consecuturos praemisit *Tert.* (*pudic.* 16).

10. **neque** *pr.*: non *m* (*p.* 564 *ed. Weihrich*). **neque fures** (-ris P): *om.* O* (+ O[2]). **neque** *sec.*: non *m* (*pp.* 529, 564). **auari** (πλεονέκται): fraudulenti *Cypr.* (*test.* iii. 65; *dom. or.* 12); + neque masculorum L[1] (*ut udtur*), *deinde erasum.* **neque** *tert.*: non *m* (*pp.* 529, 564, 628), *et ita uoluit Bentl., cum gr.* ℵACP *min.* hebriosi CT, ebriossi D, aebriosi ΘK; ebriaci *m* (*ter*). **neque** *quart.*: non *m*, *et ita uoluit Bentl., cum graeco* (*exc.* D*). maladici D. **neque** *quint.*: non *m*, *et ita uoluit Bentl., cum gr. omn.* **rapaces** (-cis Z*) *etiam Aug.* (*saepius*) = ἅρπαγες: raptores *Iren.* (*Mass. p.* 265, *non autem* 305) *Cypr. Aug.* (ii. 50, 506). **neque rapaces** *om. m* (*p.* 529) *et ut udtur Hieron.* (ii. 488, 510, 511, vii. 492). **dei** + non G* (*sed erasum*) *cum gr.* LP *al. plur.* **possidebunt** (possed. OZ*) = κληρονομήσουσιν: consequentur *Cypr.* (*test.* iii. 65; *dom. or.* 12; *ep.* 59. 4).

11. **et** *pr.* (καί): sed *d e Tert.* (*pudic.* 16) *Uigil.* (*Uarim.* i. 36). **haec** (hec MPW): hoc *Ambrst. Sedul.*; *libere* et in his quoque fuistis *Tert.* (*de anima* 21). **quidam** (τινες) *cum* ACF* GPU𝕮 *r cod. caraf. cor. uat.* ('*grecus*') *Iren.* (*Mass. p.* 282) *Cypr.* (*dom. or.* 12, *codd.* VW) *Pel.*: quidem BDF[c]HΘKLMNO[c](*uide infra*)RTV(W)Z 𝕳𝕾 *c f m Patres plur.* (*et Iren. pp.* 265, 305); aliquando *d e Sedul.*; aliquando quidem O* (*ut conicit Buchanan*) ς *cor. uat.* * *Cassiod. disc.* (= *P. L.* lxviii. 519). **fuistis** + aliquando D.

sed abluti estis
sed sanctificati estis
sed iustificati estis
in nomine domini nostri iesu christi
et in spiritu dei nostri.
12 Omnia mihi licent
sed non omnia expediunt
omnia mihi licent
sed ego sub nullius
redigar potestate
13 esca uentri
et uenter escis
deus autem et hunc et haec
destruet
corpus autem non fornicationi
sed domino et dominus corpori
14 deus uero et dominum suscitauit
et nos suscitabit per
uirtutem suam.
15 Nescitis quoniam corpora

> fuistis quidem W. habluti C. **sed** *sec.* (set L): et *Uigil.* (*Uarim.* i. 36, iii. 32). **sed sanct. estis** *om. Aug.* (ii. 50). **estis** *sec. om. Uigil.* (*Uarim.* iii. 32). **sed** (set L^{2}O^{c}; et *Uigil. Uarim.* i. 36) **iustificati estis** *cum* ABDFGHΘL^{c}MNO^{c}PT*U^{c}Z (*in* K **sed iustif. estis** *usque ad finem uersus arcte in ras. scr.*) *c d e f r et graec.*: *om.* CK*(?)L*O*RT*U*VW *m Iren.* (*Mass. pp.* 265, 282, *non autem* 305) *Tert.* (*pudic.* 16) *Cypr.* (*test.* iii. 65, *codd.* WMB) *Aug.* (v. 1358) *Uigil.* (*Uarim.* iii. 32) *et Bentl.** (*sed secundis curis correxit*). > sed iustif. estis sed sanctif. estis *Cypr.* (*dom. or.* 12). **nostri** *pr.*: *om. d e Iren.* (*pp.* 265, 305 *semel, non autem* 282) *Tert.* (*pudic.* 16) *Cypr.* (*dom. or.* 12) *Aug.* (i. 714, ii. 50, 506) *Cassiod. disc. et Bentl.** (*sed secundis curis correxit*) *cum gr.* ℵA DEL *al. plur.*; *om.* **domini nostri** *Ambr.* (*spir.* ii. 8, *non autem* iii. 4) *Hieron.* (ii. 110). > iesu nostri *Cypr.* (*test.* iii. 65, *codd. plur.*). **iesu christi** *om. ut udtur Iren.* (*p.* 282). **et** *sec. om. Uigil.* (*trin.* xii). **in** *sec. om.* MR *f Ambrst. Aug.* (ii. 50) *Uigil.* (*trin.* ii *semel*; *Uarim.* i. 36). **nostri** *sec.* (uestri V* *ut udtur*): + omnia mihi licent sed non omnia edificant (*forsan* expediunt*) T.

12. **mihi** *pr.* (michi W): nobis *Ambr.* (*luc. l.* vii. 186); *om. Patres saepissime sed citant ut udtur ex* x. 23. **licent**: licita sunt *bis r Aug.* (i. 712, 714, vi. 395). **expediunt** (συμφέρει): utilia sunt D *Ambr.* (*off. min.* ii. 6; *uid.* 11, *sed* > sunt ut.; *ep.* 37, *sed* mihi utilia, *sine* sunt); prosunt (*uel* pro salute) *Tert.* (*cast.* 8); + omnia mici licent sed non omnia edificant *t, ex* x. 23. **omnia** *tert.*: + enim *Aug.* (i. 712). **sed** *sec.*: + et O^{c}. **ego** (*om. f*) **sub nullius redigar** (rede. DF*) **potestate** (-tem FP *Pel.*, -ti Z*) = οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος: ego nullius redigar a (ad *d**) quibus *d e inepte*; ego non redigar sub potestate ullius *Aug.* (i. 712).

13. **esca** (e *in ras.* V, aesca DΘ; et esca F*): escae *d e Orig.* (*int.* ii. 662), *et ita uoluit Bentl.*, cibi *Tert.* (*pudic.* 16), *et gr.* τὰ βρώματα. **uentri**: uen *sup. lin. et in ras. scr.* V. **uenter** (n *sup. lin.* L): uentres W. **escis** (aesc. DGΘ, esch. C; escas L*): cibis *Tert.*; escae *Hieron.* (i. 94 *Hilberg*). **autem** *pr. om. Tert. Ambrst.* (*in Rom.* xiv. 15). **et** *sec. om.* DG *Orig.* (*int.* ii. 662) *Ambrst.* (*in* II *Cor.* x. 1). **hunc**: hanc *d e*; istam *Orig.* (*int.* iii. 122). **haec** (ταῦτα) ACFGHΘLM(hec)N*PTUZ* *d e f t canon. Priscill.* xxxv (*supra p.* 24), *cf.* illa *Hieron.* (i. 94 *et* 354 *Hilberg*): has BKRVWZ^{c}𝔇𝔖𝔈 *c cor. uat. mg. Orig.* (*int.* iii. 122) *Ambrst.* (*hic et in Rom.* xiv. 15, II *Cor.* x. 1) *Aug.* (i. 714, iv. 473, vi. 395), illas *Orig.* (*int.* ii. 662) *Hieron.* (i. 94 *et* 354 *Uall.*, iv. 768, v. 441, 584) *Aug.* (i. 712, 778, ii. 53), eas *Aug.* (v. 1498), illos *Tert.*; hanc DN^{c}OS *cor. uat.** *Nouat.* (*cib. iud.* 5) *Pel.*, illam *Hieron.* (ii. 333, iv. 702, 964, v. 422). > has et hunc *Aug.* (i. 714). **destruet** (dis. D, dex. C) = καταργήσει: euacuabit *Nouat. Aug.* (ii. 53, iv. 473, v. 1498, vi. 395); conficit *Tert.* > et hunc et has deus destruet *Ambrst.* (*in Rom.* xiv. 15). **non** *om.* T*. fornicationis FG*L*Z* (*ut udtur*) *t*, fornicionis *lapsu* P. **domino** (-nus D): deo *Tert.* **et** *quart. om.* L^{c}. **dominus**: deus *t*. corporis M*.

14. **uero**: autem *d e r Iren.* (*Mass. p.* 300) *Tert.* (*pudic.* 16) *Hieron.* (i. 294) *Sedul.* **et** *pr.*: qui D *Hieron.*; *om.* ΘN *Aug.* (i. 714) *Sedul.* **suscitauit**: suscitabit *r*. > suscit. dom. D *Aug. Sedul.*; *deinde* + iesum *Sedul.*, + nostrum iesum christum D. **nos** (nus P): uos W; + quoque D *Aug. Pel.*; + cum illo *Hieron.* **suscitabit** (ἐξεγερεῖ *plur.*) *cum* BDGΘ*(*ut udtur*)KO^{c}PUVWZ^{c} *vg. Bentl. c f Iren. Hieron.* (i. 294 *Uall.*): suscitauit ACFHΘ^{c}LMNO*RTZ* *r t Hieron.* (i. 294 *Hilberg*) *et* ἐξήγειρεν B 67**; suscitat *d e cum gr.* AD*PQ *min.* ἐξεγείρει. **uirtutem**: potentiam *r*.

15. *Ad init.* + an D *f g Orig.* (*int.* iv. 474) *Aug.* (i. 714) *cum gr.* FG ἢ οὐκ οἴδατε. **nescitis** (-tes Z*): non scitis *Tert.* (*pudic.* 16). **quoniam**: quia FN *d e f g m r t Cypr.* (*test.* iii. 62) *Orig.* (*int.* iii. 69, iv. 474) *Lucif. Cal.* (*p.* 24 *ed. Hartel*) *Hieron.* (i. 294) *Aug.* (v. 774, vi. 373, viii. 676, x. 79); *om. Tert.* (*pudic.* 16; *Marc.* v. 7).

Digitized by Google

uestra membra christi sunt?
tollens ergo membra christi
faciam membra meretricis?
absit [16] an nescitis quoniam
qui adhaeret meretrici
unum corpus efficitur?
erunt enim inquit duo
in carne una
[17] qui autem adhaeret domino
unus spiritus est
[18] fugite fornicationem.
Omne peccatum
quodcumque fecerit
homo extra corpus est
qui autem fornicatur
in corpus suum peccat
[19] an nescitis quoniam
membra uestra templum

uestra (-ta N*): *uoluit* nostra *Bentl.* cum gr.* ℵ*A. menbra *pr. et tert.* Z (*sec. loco periit codex*). **christi sunt** (Χριστοῦ ἐστιν *plur.*): > sunt christi FHΘNWZ* *vg. f r Aug.* (v. 781, vi. 373, viii. 676, 694, x. 79; *cf.* ii. 860), *cf.* esse christi *Tert.* (*Marc.* v. 7); *om.* **sunt** *Tert.* (*pudic.* 16) *et om.* ἐστιν *gr.* FG; *deinde pergit* faciam membra meritricis absit *g cum* G[gr]. **tollens** (ἄρας *longe plur.*) *codd. vg. uett.*, *cf.* auferens *Tert.* (*pudic.* 16) *Cypr.*, tollam *Ambrst.*: an tollens *f*[c] (an *super gr. scr.*) *g*; ἄρα P *min.*, *et* ἢ ἄρα FG. **ergo** *om. Tert.* (*pudic.* 16) *Cypr.*, *non autem f*[c] *g.* **christi** *sec.* + et *Ambrst.* **faciam** (-em V, -ens Z*): efficiam *Aug.* (i. 714). **meretricis** (meritr. D; meretriticis W) = πόρνης: fornicatricis *g*; fornicariae *Tert.* (*pudic.* 16) *Cypr.* (*codd.* LMB). **absit** *om. forsan Iren.* (*Mass. p.* 300) *Cypr.* (*codd.* AWLB).

16. **an** (han C): aut *d e f Cypr.* (*test.* iii. 62) *Lucif. Cal.* (*p.* 24 *ed. Hartel*), an uel aut *g*; *om. m r Tert.* (*pudic.* 16) *cum gr.* DEKL *etc.* **nescitis** (-tes Z*): non scitis *Tert.* **quoniam**: quia *d e f m r Cypr. Lucif. Ambrst. Hieron.* (i. 294) *Aug.* (v. 781 *semel*, 783); quod *Tert.* **qui adhaeret** (ὁ κολλώμενος) *cum* BΘ *vg. cf. Ambr.* (*luc. l.* iii. 23), qui adheret *codd. plur. et* L[c]N[c]Z[c] (L* *non liquet*), qui adherit N*Z*: qui se iungit *d e Orig.* (*int.* iv. 466) *Lucif.*, qui iungit **se** *m Orig.* (570), qui (si quis *Uall.*) . . iungitur *Hieron.* (i. 454), qui adhaeret uel iungit *g*; qui coniungit se *Cypr.* (*codd.*) *Hieron.* (i. 294 *Uall.*), qui coniungitur *Ambr.* (*luc. l.* ii. 5) *Hieron.* (vii. 12); qui conglutinatur *Cypr.* (*codd.* LMB), qui adglutinatur *Tert.* **meretrici** (meri. DN[c]; meretricem Z*) *etiam Hieron.* (i. 454 > mere. iung.) = τῇ πόρνῃ: fornicariae *Tert. Cypr.* (*codd.* LMB) *Hieron.* (vii. 12 > forn. coniung.). **unum** + cum ea *Hieron.* (v. 45, vi. *p.* xix, 254). **efficitur** (-etur Z*) *etiam Hieron.* (*saepius*) *Aug.* (i. 714), *cf.* facit *Cypr.* (*cod.* W): est *d e f g m r Orig. Lucif. Ambr.* (*Abr.* ii. 59; *ps.* 118 *daleth*; *luc. l.* ii. 5, iii. 23) *Hieron.* (i. 294) *Aug.* (ii. 856, 865, v. 781, 783, viii. 846) *Uigil.* (*Uarim.* ii. 8); sit *Ambrst.*; sunt *Cypr.* (*codd.* LMB), *et gr.* ἐστιν; *deinde* + scriptum est T[mg]; + in genesi A[mg] H[1] L[mg] R[mg] *g*[mg]. herunt C. **enim** *om.* CFNR *Ambrst.* **inquit** (-id ACFΘ*LMNOPTZ*): *om. m Tert. Cypr. cum gr.* A. **duo**: ·II· D. > duo inquit H. carnem unam *Hieron.* (i. 294 *Uall.*, *non Hilberg*), *et* > unam carnem *Tert.*

17. **autem**: enim *Ambr.* (*ps.* 118 *ain*) *Hieron.* (i. 893, ii. 225, vi. 253, vii. 505, 65?). **adhaeret** (*cf.* 16) B*Θ *vg.*, adheret *codd. plur.* (*et* B[c]), adherit Z*, *cf.* adhaerenti *Hil.* (*ps.* 62): se iungit *d e Orig.* (*int.* iv. 466) *Hieron.* (i. 294 *Hilberg*), > iungit se *m Orig.* (*int.* ii. 89) *Lucif. Cal.* (*p.* 24 *ed. Hartel*), adhaeret uel iungit *g*; se coniungit *Uigil.* (*trin.* v), > coniungit se *Cypr.* (*test.* iii. 62, *codd.* AV) *Hieron.* (i. 294 *Uall.*), se coniunxerit *Cypr.* (*codd.* LMB), coniungitur *Orig.* (*int.* iii. 883; *cf.* domino coniuncti iv. 510, > coniuncti dom. iv. 655); adiungit se *Maximin.* (*ap. Aug.* viii. 761), *cf.* cui si quis se adiunxerit *Orig.* (*int.* iv. 530); adglutinatur *Tert.* (*pudic.* 16). **domino** (τῷ Κυρίῳ) *etiam Hil.* (*ps.* 118 *daleth*): deo Θ[1] *Hil.* (*ps.* 62) *Ambr.* (*ps.* 118 *daleth*; *luc. l.* vi. 94) *Uigil.*; christo *Ambr.* (*ps.* 118 *ain*, > chr. adh.). **est**: efficitur *t* (*ex u.* 16); + cum eo *Hieron.* (i. 893). > est spiritus *Tert. Hil.* (*ps.* 62) *Ambr.* (*ps.* 118 *ain*) *Hieron.* (vi. 253). *Libere* qui adhaerent dom. in uno sp. sunt *Hil.* (*ps.* 118 *daleth*).

18. fugit M. furnicacionem P; fornicatione L* *Pel.*; + quia *Ambr.* (*laps. uirg. cons.* 6). **omne** (-nem *r*) *sine addit. codd. plur.* 𝔓𝔈 *uett.*: + enim AKVZ[c]ϛ𝔖 *cor. uat.* sine auct. graeca.* **peccatum** (ἁμάρτημα): delictum *Tert.* (*pudic.* 16) *Cypr.* (*test.* iii. 63). **quodcumque** (-nque ϛ, quodquumque T): quod *Tert.* (*pudic.* 16) *Lucif. Cal.* (*p.* 24 *ed. Hartel*) *Hieron.* (i. 285, 294). **fecerit**: admiserit *Tert.* (*pudic.* 16; *monog.* 9). **fornicatur** (furn. P): adulteratur *Tert.* (*monog.* 9); moechatur *Cypr.* (*ep.* 55). **suum** (su[u]m U) *etiam Aug.* (v. 782 *semel*): proprium *r Aug.* (i. 47, iii. 1. 494, v. 781, 782 *ter*, 783, 784). > suum corpus *g*, *et gr.* εἰς τὸ ἴδιον σῶμα. **peccat**: delinquit *Tert.* (*monog.* 9).

19. **an** (han C): aut *d m.* **nescitis** (-tes Z*): ignoratis *Uigil.* (*Uarim.* iii. 70). **quoniam** *etiam Uigil.* (*Uarim.* iii. 70): quia *d e f g r Ambrst.* (*et in* I *Cor.* iii. 17) *Ambr.* (*spir.* iii. 12) *Hieron.* (ii. 132, 356, 369) *Aug.* (*semper*) *Uigil.* (*c. Arian.* ii. 14; *trin.* xii; *Uarim.* iii. 30). **membra uestra** (*contra graecum*) *codd. paene omn. vg. c m t Aug.* (i. 714), *forsan ex u.* 15:

est spiritus sancti qui in uobis est
quem habetis a deo
et non estis uestri?
20 empti enim estis pretio
magno
glorificate et portate deum
in corpore uestro.
VII. [1] De quibus autem scripsistis
bonum est homini mulierem
non tangere

---

corpora uestra *Ambrst.* (*et in* I *Cor.* iii. 17) *Hieron. Aug.* (*saepius*) *Uigil.* = τὰ σώματα ὑμῶν A²L *minusc.*, *et ita uoluit Bentl.*; corpus uestrum *d e f g r Aug.* (v. 781, vi. 373, viii. 694, 722, x. 470) *cum gr. plur.* τὸ σῶμα ὑμῶν, *cf. et Orig.* (*int.* iv. 584); corpus christi D. **templum est** (sunt *vg. edd. antt. plur.*, *non autem Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534) **spiritus** (-tu M) **sancti qui in uobis** (nobis M) **est** *codd. paene omn. vg. c m* (*bis*) *t Ambrst.* (*sed citat* templum sunt *ad* I *Cor.* iii. 17) *Aug.* (i. 714, vi. 217) *Uigil.* (*trin.* xii), *cf.* templum sancti spiritus sunt qui est in uobis *Hieron.* (vii. 450): templum qui in uobis est sancti spiritus est *g* = ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν *gr. plur.*, *cf.* templum quod in uobis sa. spir. est *d e*; > templum est qui in uobis est spir. sancti *f*, *cf.* ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν πνεύμ. ἁγ. ἐστιν B. 120; *breuiorem formam exhibent r Patres, maxime Aug., sc.* templum in uobis spiritus sancti est *r Aug.* (ii. 682, v. 781, 948, viii. 722, x. 290), te. in uo. est spir. sancti *Aug.* (ii. 860, v. 445, 525, vi. 327, 373, 554, viii. 638 *codd.*, 643, 660, 676, 757, 786, 857, x. 684) *Uigil.* (*c. Arian.* ii. 14; *Uarim.* iii. 70), te. est (sunt *Aug.* ii. 608) in uo. spir. sa. *Aug.* (ii. 608, viii. 343, x. 470; *cf.* v. 775) *Uigil.* (*Uarim.* iii. 30) = *forsan* ναὸς ἐν ὑμῖν πνεύμ. ἁγίου ἐστιν; templum est (sunt *spir.* iii. 12) spiritus sancti *Ambr.* (*laps. uirg.* 6; *spir.* iii. 12) *Hieron.* (ii. 356, 369) *Aug.* (viii. 694); templum spir. sancti sunt *Hieron.* (ii. 132); *confuse legit* [corpus christi] templum dei est quod in uobis est spiritus sanctus est D. **quem** (quer W): quod uel quem *g*; quae *Ambr.* (*laps. uirg.* 6). **habetis** (ab. C) = ἔχετε: accepistis *Uigil.* (*trin.* xii). **deo**: domino F. ueristri M*.

20. **empti** (hempti C, emti L, em ti H) **enim** (-mpti enim *in ras.* K) **estis** (> estis enim *g*) = ἠγοράσθητε γάρ: redempti estis *Hil.* (*ps.* 135) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 973), *non autem Hieron.* (vii. 450 '*scribitur* pretio empti estis, *non* redempti'). **pretio** BDGΘMZ^c *vg.*, precio KPW, praetio AC FHLNORTUV, praecio Z* = τιμῆς: *om. r* Tert.* (*Marc.* v. 7) *Cypr.* (*test.* iii. 11, *codd.* WLM*B; *hab. uirg.* 2, *codd.* WDV; *Fortunat.* 6, *codd.* WV) *Hil.* (> magno enim . . . red. estis) *Ambr.* (*luc. l.* vii. 117). **magno** *om. Bentl. d e f g m* (*p.* 498) *Tert.* (*pudic.* 16) *Lucif. Cal.* (*p.* 25 *ed. Hartel*) *Hieron.* (vii. 450) *Aug.* (ii. 860 *codd.*) *cum graeco.* > magno pretio *m* (*p.* 656) *Aug.* (ii. 608) *Cassiod.* (> ma. pr. red. estis). **glorificate** (δοξάσατε): clarificate *Cypr.* (*test.* iii. 11; *dom. or.* 11; *hab. uirg.* 2; *Fortunat.* 6) *Ambrst. Aug.* (viii. 786); magnificare *Tert.* (*res.* 10, '*cum monet* tollere et magnificare deum in corpore nostro'); *libere Tert.* (*Marc.* v. 7) '*quomodo* honorabimus, *quomodo* tollemus deum in corpore perituro'; *deinde* + ergo *r Aug.* (ii. 860, viii. 643, 786, 857, x. 290) *et gr. addunt* δή (*exc.* ℵ* *cop.*). **et portate** *codd. nostri omnes vg. c f g t Cypr.* (*quater*) *Ambrst. Ambr.* (*laps. uirg.* 6) *Aug.* (i. 714, ii. 608, v. 781, 1126; *codd. ad* ii. 860, x. 290) *Pel. Uigil.* (*c. Arian.* ii. 14; *trin.* xii; *Uarim.* iii. 30) *Sedul. etc.* = *ut uidetur* ἄρατε *quod in graecis codicibus non inuenitur sed facile ex* ἄρα γε *oriri posset*; ἄρα γε *legitur in Method.* (*Epiph.* 579 > ἄρα γε δοξάσατε), *et forsan ex* [δοξ]άσατε *fluxit*; *porro Chrys. uidetur lectionem* ἄρατε *cognouisse, cf. p.* 180 (*i.e. ad hunc locum*) δοξάσατε δὴ ἄρατε τὸν Θεόν (*codd.* 2 δοξ. δὴ τὸν Θ., τούτεστι ἄρατε τὸν Θ., *cod.* 1 δοξ. δὴ ἄρα τὸν Θ.), *et* xi. 654 *a*, 655 (*hom.* iv *in* I *Tim.*), *uide Tisch. T. G.* 8 *ad hunc locum*; *item* et tollite *m* (*bis*) *Tert.* (*pudic.* 16; *res.* 16, *sine* et; *cf. res.* 10) *Marcion* (*ut uidtur ex Tert. Marc.* v. 7) *Ambr.* (*luc. l.* v. 24); *ambas lectiones coniungit Lucif. Cal.* (*p.* 285 *ed. Hartel*) '*apostolus hortatur* tollere deum et portare in corporibus suis': *om. Bentl.* (*ut uidtur*) *d e r Iren.* (*Mass. p.* 309) *Aug.* (viii. 643, 786, 857; *codd. ad* ii. 860, x. 290) *Hieron.* (iv. 803 '*paulus quoque scribit ad corinthios prouocans eos ad continentiam* ut glorificetis deum in corpore uestro') *cum graeco.* **deum** AB CGKMOPRTUV^c WZ *vg. c d e f g m* (*p.* 656) *r et Uigil.* (*trin.* xii), *cum graeco*: dominum DFHΘL NV* *m* (*p.* 498) *t Tert.* (*pudic.* 16) *Lucif. Uigil.* (*Uarim.* iii. 30); + *ras.* 3 *litt.* B. > deum et portate *Aug.* (ii. 608) *Sedul.* **corpore uestro**: cordibus uestris *Uigil.* (*trin.* xii); *deinde* + et in spiritu uestro qui est deo L² *fere cum gr.* C³D²ᵉᵗ³ KLP *etc.*

VII. 1. **de quibus autem** (περὶ δὲ ὧν) *et. Tert.* (*pudic.* 16) *Ambrst.* (*ad u.* 25): de his autem quae *r Tert.* (*monog.* 11) *Ambrst.* (*hic*) *Hieron.* (ii. 245); *deinde* + et O². **scripsistis** (scribs. F*G*H) *sine addit. cum* AF*G*HΘL*M *r Tert.* (*pudic.* 16; *monog.* 11 scribitis) *et gr.* ℵBC *min.*: scripsistis (scribs. F^c G² NOPR, scripis. U*) mihi (michi W) BCDF*G²KL²NOPR TUVWZ *vg. c d e f g Patres plur. et gr.* ADEFG KLP *etc.* **est**: *om. Tert.* (*monog.* 3); + enim *Ambr.* (*de uid.* 14). **homini** (-ne Z*): *om. Ambr.* muliere Z*. **tangere** (tanguere D) = ἅπτεσθαι: attingere *Tert.* (*monog.* 11); contingere

Digitized by Google

2 propter fornicationem autem
unusquisque suam uxorem
habeat
et unaquaeque suum uirum
habeat
3 uxori uir debitum reddat
similiter autem et uxor uiro
4 mulier sui corporis potestatem
non habet
sed uir
similiter autem et uir sui
corporis potestatem
non habet sed mulier
5 nolite fraudare inuicem
nisi forte ex consensu
ad tempus
ut uacetis orationi
et iterum reuertimini
in id ipsum
ne temtet uos satanas

Tert. (*pudic.* 16; *monog.* 3) *Cypr.* (*test.* iii. 32).

2. **fornicationem** *codd. plur.* (fornicac. P) *vg. c f g t Hieron.* (i. 222, ii. 246, 247) = τὴν πορνείαν FG, *cf.* incontinentiam *Cypr.* (*test.* iii. 32, *cod.* W) *Hieron.* (i. 1101, v. 232) *Aug.* (i. 714): fornicationes LMR (*cf. sectiones Priscill. supra p.* 163) *d e r Tert.* (*monog.* 11) *Cypr.* (*codd.* LB) *Hieron.* (i. 227 *Hilberg*, ii. 245 *codd. plur.*) *Aug.* (ii. 889, vi. 388, x. 289) *cum gr. plur.* τὰς πορνείας, *et ita uoluit Bentl.* > prop. autem forn. *g*, *et* > sed prop. forn. *Tert.* (*pudic.* 16), > tamen prop. forn. *Ambrst.* **suam** (-ae Z*) **uxorem** (hux. C) = τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα: > ux. suam *r* (*cf. capitula codd.* CHΘU *supra p.* 162) *Tert. Cypr. Ambrst. Hieron.* (i. 222, ii. 245, 247) *Aug.* (i. 714, ii. 889, vi. 388). unaqueque M, unaquaque D, unaquequae U. **suum** (+ habeat C*) **uirum** (uir‖um L) *etiam Hieron.* (i. 222 *Uall.*) = τὸν ἴδιον ἄνδρα: > uirum suum *r Cypr.* (*codd.* LMB) *Hieron.* (i. 222 *Hilberg*, ii. 245, 247) *Aug.* (i. 715, vi. 388, x. 289). **et unaquaeque . . . habeat** *om. f g Tert. Hieron.* (i. 1101) *Pel. cum gr.* FG *min.*

3. **uxori** (hux. C): uxor *Pel.* **uir**: uiri G*. **debitum** (+ suum Θ) *omnes* = τὴν ὀφειλήν *gr. plur.*: τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν KL *al. pler.* **autem** *om.* U *Cypr.* (*test.* iii. 32) *Hieron.* (ii. 246) *Aug.* (*tantum* iii. 1. 554, v. 1505) *cum gr.* A 55 *syr. pesh.* **et** *om. e.* huxor C. *Libere* uir uxori et uxor uiro debitum reddat *Tert.* (*pudic.* 16).

4. *Ad init.* + neque enim (*et infra om.* non *pr.*) *Ambr.* (*uid.* 11). **mulier** *pr.* (m *in ras.* L^{2}; *forsan* uir L*) *etiam Aug.* (x. 639) = ἡ γυνή: uxor R *Cypr.* (*test.* iii. 32) *Hieron.* (i. 212, ii. 246, 247) *Aug.* (*saepius*); + autem *t Hieron.* (i. 1101). **sui corporis** *pr.* (τοῦ ἰδίου σώματος): > corporis sui *Cypr.* (*cf. Orig. int. Aug. infra*); proprii corporis *Hieron.* (i. 212 *Hilberg*, ii. 246, 247), proprii corporis sui *Hieron.* (i. 212 *Uall.*). **habet** *pr.*: habeat *sine auct. graeca* AΘ*N^{c}TV^{c} *r t Ambrst.*; *ex u.* 2. > non hab. potest. *pr. f g Hieron.* (i. 212, ii. 246, 247), > non hab. pot. sui corp. *Aug.* (iii. 2. 144, 186, x. 270), > non hab. pot. corp. sui *Orig.* (*int.* iv. 461) *Aug.* (ii. 377, 889, iii. 1. 554, v. 297, 1294, 1505, vi. 338, 388, viii. 390, ix. 621), > non hab. sui corp. pot. *Aug.* (x. 639); *gr.* οὐκ ἐξουσιάζει; + nualtit *uel tale quid* *f*^{o} (*super gr.* εξουσειαζει *scr.*). **uir** *pr.* + eius *Orig.* (*int.*). **similiter autem** *om. Orig.* (*int.*) *Hieron.* (i. 1101). **autem** *om. Cypr. Zeno* (i. 4) *Ambrst Ambr. Hieron.* (i. 212, ii. 246, 247) *Aug.* (*saepius*) *et syr. pesh. cop. etc.* **et** *om. Aug.* (ix. 621). **sui corporis** *sec.*: proprii corp. *f*, > corp. sui *Cypr. Hieron.* (i. 212), proprii corp. sui *Hieron.* (ii. 246). **habet** *sec.*: habeat Θ*T *r t Ambrst.* > non hab. pot. *sec. c f g Hieron.* (i. 212, ii. 246, 247); > non hab. pot. sui corp. *Aug.* (iii. 2. 186, viii. 390, x. 270), > non hab. pot. corp. sui *Orig.* (*int.*) *Aug.* (ii. 377, 889, iii. 1. 554, v. 297, 1294, vi. 338, 388, ix. 621), > non hab. sui corp. pot. *Aug.* (x. 639), > non hab. corp. sui pot. *Aug.* (v. 1505). **mulier** *sec.*: uxor R *Cypr. Zeno Orig.* (*int.*) *Hieron.* (i. 212, ii. 246, 247); + eius *Orig.* (*int.*).

5. fraudari Z*. in inuicem F^{c}GHΘU, ad inuicem *Hieron.* (iii. 410). > inuicem fraudare *r Aug.* (x. 288). **forte** *om. r Cypr.* (*test.* iii. 32) *Ambrst. Aug.* (ii. 889, v. 294, vi. 226, viii. 200, x. 288, 910); *gr. plur.* εἰ μήτι ἄν (*sed om.* ἄν B). **ex consensu** (n *pr. sup. lin.* L; consensus M*) = ἐκ συμφώνου: ex conuentione *Cypr.* (*codd.* LMB). > ad temp. ex cons. *Hieron.* (ii. 246). **uacetis**: uatis *lapsu* M. horationi C; orationibus *Aug.* (v. 925). **reuertimini** (-temini B, -tamini *uoluit Bentl.*) = συνέρχησθε KLP *al. plur.*, *cf.* conuertemini D *canones Hibern.*: estote *r Aug.* (*u. infra*) *et* ἦτε ℵABCDEFG *min.*, *cf.* reuertimini uel sitis *g*: *om. d e Cypr.* (*codd.* LMB) *Hieron.* (i. 226 *diserte, uide Hilberg*). **in**: ad *d e r Cypr. Ambrst. Hieron.* (ii. 246, 248) *Aug.* (*uide infra*). idipsum *uno uerbo vg.*; ipsum (*sine* id) *Hieron.* (ii. 248) *Aug.* (x. 910). > in (*uel* ad) id ipsum reuert. *f g Cypr.* (*cod.* A) *Hieron.* (ii. 246) *Bentl.*, > in id ipsum conuert. D, > ad id (*om.* x. 910) ipsum estote *r Aug.* (ii. 889, v. 294, 1355, vi. 226, viii. 200, x. 288, 910; *contra* reuert. in id ips. i. 715) *cum ordine graeco* ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε (*uel* συνέρχησθε). **ne**: ut ne *f g.* **temtet** H, *uide uol.* I, *p.* 770: temptet *codd. rell. Tisch.*, tentet *vg.* (tētet 𝔖); temptet uel uret *g.* > uos temptet *d r Ambrst.*

Digitized by Google

propter incontinentiam
uestram.
6 Hoc autem dico secundum
indulgentiam
non secundum imperium
7 uolo autem omnes homines
esse sicut me ipsum
sed unusquisque proprium
habet donum ex deo
alius quidem sic
alius uero sic.
8 Dico autem non nuptis
et uiduis
bonum est illis si sic maneant
sicut et ego
9 quod si non se continent nubant
melius est enim nubere
quam uri.

Aug. (i. 715, ii. 889, v. 294, 1355, vi. 226, viii 200, x. 910). sathanas CW. **incontinentiam** (-ciam P; *partim in ras.* T) = ἀκρασίαν: intemperantiam *d e r Ambrst. Aug.* (ii. 889, iii. 1. 53, v. 294, 927, 1355, viii. 200, x. 288, 910). **uestram** *om. Cypr.* (*codd.* LMB).

6. **autem** *om. Cypr.* (*test.* iii. 32) *Zeno* (i. 5). **dico** *om.* P*U*. **secundum**: iuxta *bis Hieron.* (i. 226 *Hilberg*, ii. 246). **indulgentiam** (-ciam PW) *codd. vg. uett. plur. Iren.* (*Mass. p.* 245) *Tert.* (*exhort. cast.* 3) *Cypr.* (*codd.* AW) *Ambrst. Hieron.* (i. 1102, ii. 246) *Aug.* (i. 715) = συγγνώμην: ueniam *r Tert.* (*monog.* 11) *Cypr.* (*codd.* LB) *Zeno Priscill.* (*pp.* 36, 58 *ed. Schepss*) *Aug.* (*fere semper*); consilium *d e f Cypr.* (*codd.* VM) *et* γνώμην 2; conscientiam uel consilium *g*; intelligentiam *Sedul.* (*hic*; *sed infra* '*infirmis hoc* indulgeo'); *deinde* + et ϛ *edd. antt. Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Sacon* 1515 *et* 1519. **imperium** (inp. C) = ἐπιταγήν: praeceptum *Iren.*; debitum *Aug.* (iii. 2. 183 *codd.*); iussum *Zeno.*

7. **uolo** (θέλω) *codd. vg. uett. Aug.* (i. 715, vi. 371), *et* cupio *Tert.* (*uxor.* ii. 1): uolebam *Ambrst.* (*hic et ad u.* 8); uellem *Hil.* (*ps.* 127) *Aug.* (ii. 694, iii. 2. 881, v. 294, vi. 297, 326, 501, x. 722, 841). **autem** (= δέ ℵ*ACD* *min.*): enim ℭ *ed. Iunta* 1534 (*cf.* nam uellem *Aug.* v. 294) *et gr.* γάρ ℵ^{c}BD^{bc}KLP *al. pler.*; *om Patres saepius* (*ad init. sententiae*); *deinde* + sic *Ambr.* (*uid.* 14). **homines** *codd.* ℌ *uett. ed. Iunta* 1534, *etiam Hieron.* (ii. 246) *Aug.* (i. 715, vi. 371), *cum graeco*: uos 𝔖ℭ *edd. Maresch.* 1531, *Uiuian* 1534, *Tert.* (*monog.* 3, *uide infra*) *Zeno*; uos homines ϛ *edd. antt. plur.*; *om. plane Tert.* (*uxor* ii. 1, *cf. pudic.* 16) *Hieron.* (i. 102, 233, ii. 292) *Aug.* (ii. 694, vi. 326) *cf. capitula codd.* HΘTU *supra p.* 162; *deinde* + sic *Tert.* (*monog.* 3) *Ambr.* (*exhort. uirg.* 4) *Hieron.* (ii. 292) *Aug.* (vi. 297). > omnes hom. uolebam *Ambrst.* (*ad u.* 8). > uos omnes sic esse *Tert.* (*monog.* 3 *semel*), > uos sic esse omnes *Tert.* (*monog.* 3 *semel*). **sicut**: quomodo *Tert.* (*monog.* 3); ut *Hieron.* (ii. 246); + et P *d g Tert.* (*monog.* 3) *Cypr.* (*test.* iii. 32) *Zeno Ambr. Hil. Aug.* (x. 722) *et gr. longe plur.* meipsum *uno uerbo vg.*: me *Cypr. Zeno Hil.*; ego *Tert.* (*monog.* 3), ego sum *Hieron.* (ii. 292). set L. hunusquisque C. habeat F^{c}. **donum** (χάρισμα): charisma *Cypr.* (*codd.* LMB). > donum (domum W) habet WZ* *vg. cor. uat. Cypr. App.* (*p.* 119 = *sing. cler.* 22) *Ambrst. Hieron.* (ii. 246, 249) *Aug.* (*exc.* i. 715) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 769) *cum graecis* KL *al. pler.* **ex** (ἐκ *plur.*): a (ἀπό 31. 37. 73) *d e g Cypr. Orig.* (*int.* iv. 469) *Hieron.* (vii. 684) *Aug.* (*exc.* i. 715). **deo**: domino *d**. **ex deo** *in ras. scr.* Θ; *om. t.* **alius** *pr.*: unus *Cypr.* (*App.*) *Cassiod.* **quidem** *etiam Aug.* (i. 715, vi. 371): enim *Pacian.* (*ep.* 3); *om. d e Cypr.* (*test.*) *Orig.* (*int.*) *Aug.* (*saepissime*). **alius** (us *sup. lin.* T) **uero** *etiam Aug.* (i. 715, vi. 371): alius autem K *d e cor. uat. Cypr.* (*test.*) *Orig.* (*int.*) *Pacian. Hieron.* (ii. 246, 249) *Aug.* (*saepissime*) *Cassiod.*; et alius *Hieron.* (vii. 684).

8. + quinta *in mg.* L. **dico** (ico *in ras.* V) **autem**: hoc autem dico F. **non nuptis** (-btis G) = τοῖς ἀγάμοις: innuptis DN^{c}Z* *Tert.* (*pudic.* 16; *cast.* 3; *uxor.* ii. 1) *Zeno* (i. 5) *Ambrst.* (*comm.*) *Hieron.* (i. 102, 226, 896, 899, ii. 246, 250) *Pel.* (*comm.*) *Aug.* (vi. 370); his qui sine uxoribus sunt *d e*; his qui sine uxoribus sunt uel non nuptis *g*. **et** *pr.*: sed T *t*. **est**: esse *Aug.*; *om. Ambr.* (*hexam.* v. 63). **illis**: eis *Hieron.* (i. 226, ii. 246, 250, 251); *om. Ambr.* (*de uirginitate* 20). **sic** (sint *c*): *om. Bentl. cum gr.* (*exc.* C *min.*). **maneant** (μείνωσιν) ABCGKLM NO^{2}(mann.)PTVZ^{c}: permaneant DRUWℌ𝔖ℭ *Bentl.* (*secundis curis*) *Tert.* (*uxor.* ii. 1) *Ambrst. Hieron.* (i. 102); manserint FZ* *d e Bentl.**; permanserint HΘ^{c}(si sic perm. *in ras. scr.*)O*ϛ *f g Ambr.* (*exhort. uirg.* 4) *Hieron.* (i. 226, 896, 899, ii. 246, 250, 251) *Aug.*; perseuerauerint *Zeno.* > perm. sic *g*. **sicut et ego**: ut ego *Hieron.* (i. 226, 896, ii. 246, 250, 251); sicut ego *Zeno.*

9. **quod si**: si uero *g*; si autem *Zeno* (i. 5) *Hieron.* (i. 226, 896, 899, ii. 246, 250); quod *tantum* P*; + si se *uel* sese P^{c}. **se** *om.* W. > se non FLNUZ* *Bentl. c f t Ambrst. Ambr.* (*hexam.* v. 63) *Hieron.* (ii. 246, vii. 459) *Aug.* (vi. 326, 374, 412, x. 567, 586) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1037). > continent se D *g*. **melius est enim** (κρεῖττον γάρ ἐστιν): melius enim *g cum gr.* D*FG; melius est DG*OT* *f Tert.* (*pudic.* 1;

Digitized by Google

10 His autem qui matrimonio
iuncti sunt praecipio
non ego sed dominus
uxorem a uiro non discedere
11 quod si discesserit manere
innuptam
aut uiro suo reconciliari
et uir uxorem ne dimittat
12 nam ceteris ego dico
non dominus.
Si quis frater uxorem
habet infidelem
et haec consentit
habitare cum illo
non dimittat illam
13 et si qua mulier habet
uirum infidelem
et hic consentit habitare
cum illa
non dimittat uirum
14 sanctificatus est enim uir
infidelis in muliere fideli

---

cast. 3; *monog.* 3; *uxor.* i. 3) *Orig.* (*int.* iv. 532) *Ambr.* (*uid.* 2; *laps. uirg.* 5) *Hieron.* (vi. 274); > melius enim est LR *e Hieron.* (i. 896, ii. 250 *semel*); praeest *Tert.* (*pudic.* 16); bonum est *Ambr.* (*poen.* i. 14); *libere* malo enim eas *Aug.* (vi. 374). **nubere** + magis *Ambr.* (*poen.* i. 14). **uri** (huri C): + in malo fornicationis *g*.

10. hiis N^{c}W, iis *vg*. **autem**: enim AHM *t*. **qui** (+ in MU* *ut uidetur*) **matrimonio** (-ium P) **iuncti** (coniuncti F) **sunt** (*τοῖς γεγαμηκόσιν*): qui matr. iun. sunt uel nubentibus *g*; qui sunt in coniugio *Aug.* (iii. 2. 181, 183, vi. 347, 387); qui nupti sunt *Hieron.* (vii. 477); quae nupserunt *Cypr.* (*test.* iii. 90); nuptis (> nuptis autem) *Tert.* (*cast.* 3; *monog.* 3). **praecipio** (pre. BGK MPW) = *παραγγέλλω*: denuntio *g Tert.* (*cast.* 3; *monog.* 3) *Ambrst. Ambr.* (*ps.* 36; *luc. l.* viii. 8) *Hieron.* (vii. 477); dico *Sedul.* (> dico qui m. iu. sunt). **non** *pr.* + quidem *Tert.* (*cast.* 3). set L. **dominus**: deus W. **uxorem** (-re F*; huxorem C): mulierem *Tert.* (*Marc.* v. 7) *Aug.* (iii. 2. 181, vi. 387, 405). **discedere** (discere B*): recedere *Cypr.* (*cod.* A) *Quaestt. Uet. et N. T.* 127; separari *Cypr.* (*codd.* LMB); *gr.* *χωρισθῆναι* (*χωρίζεσθαι* ADEFG). **ux. a u. n. discedere** *in ras. scr.* K.

11. **quod si**: si autem *Cypr.* (*test.* iii. 90); si autem et *g*, quod si et *Bentl.**, *cum gr.* *ἐὰν δὲ καί*. **discesserit** (descess. F, dis^{c}ess. T): discederit D; recesserit *Cypr.*; *gr.* *χωρισθῇ*. **manere** *omnes cum gr.* *μένειν* FG; *μενέτω gr. plur.* innubtam ACNTV, innupta LO*. a^{ut} F. **suo** *om.* *d e f g m Tert.* (*Marc.* v. 7) *Cypr. Sedul. Bentl. cum gr.* **reconciliari** (-re N) = *καταλλαγῆναι* FG: *καταλλαγήτω gr. plur.* > reconc. uiro *Tert. Cypr.* **uir**: uirum *f g Cypr.* (*codd.* LMB) *Ambrst.* huxorem C. **ne dimittat** (dem. AF^{c}V, dimittet B*) *cum* ABFGLMOPRVZ^{c} *Bentl. d e m Aug.* (vi. 347), *et* non dimittat (dem. N*) CDHΘKNT UWZ* *vg. c t Hieron.* (ii. 251) *Aug.* (iii. 1. 181, vi. 338, 387): non dimittere *f g Cypr. Ambrst. cum gr. omn.* *ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι*.

12. **nam** (+ et MO^{2}) **ceteris** (caet. Dϛ𝔓): ceteris autem *d e f g Hieron.* (vii. 477) *Aug.* (iii. 2. 184, vi. 78, 394, 405) *cum gr.* *τοῖς δὲ λοιποῖς*, *cf.* haec autem ego dico *etc. Iren.* (*Mass. p.* 245). **ego dico** *codd. vg. uett. Patres plur.*, *et* ego praecipio *Hieron. Cassiod* (*P. L.* lxx. 13) = *ἐγὼ λέγω* DEFGKL *al. pler.*: > dico ego *Bentl.* cum gr.* ℵABCP *min.* siquis *uno uerbo* ϛ. **frater** (fratrum *Tert. uxor.* ii. 2 *semel*) = *ἀδελφός*: fidelis *Tert.* (*uxor.* ii. 2 *semel*) *Aug.* (viii. 114). huxorem C. hibet M*. > hab. uxor. DH *Aug.* (iii. 2. 184, vi. 78, 402, viii. 114). > infid. hab. uxor. *Tert.* (*semel*) *Ambr.* (*luc. l.* viii. 7). **haec** (hec MP): illa *Tert.* **consentit** (-tet Z*; -sit *d*; consistit F*) **hab. cum illo** = *συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ*: matrimonio consentit *Tert.* **non** *sec.*: ne *Tert.* **dimittat** (demittat DF^{med}N*, dimittit Z*) = *ἀφιέτω*: dimittam F* (demittam F^{c}) K*; t *fin. in ras. scr.* H. eam *Tert. Aug.* (viii. 114).

13. **qua** (quia A*): *om. Aug.* (vi. 78); siqua *uno uerbo* ϛ. **mulier** + fidelis *Tert.* (*uxor.* ii. 2) ϛ𝕾𝕮 *cum edd. antt. Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Froben* 1502, *Sacon* 1515 *et* 1519, *sine auct. graeca.* > mulier si qua *g cum ord. gr.* *γυνὴ εἴ τις* ℵD*FGP *min.* (*γυνὴ ἥτις* ABCD^{c}KL *al. plur.*); > mulier si *Aug.* (vi. 78). abet C. uerum M*. **habitare** *om.* F*. **illa** (illam H): ea *f Hieron.* (i. 671). **non**: ne *Hieron.* (i. 671 *Hilberg*). **dimittat** (dem. FN*, dimitat Z) = *ἀφιέτω*: relinquat D *Ambrst.* **uirum** (+ suum *t*) = *τὸν ἄνδρα* ℵABCD EFGQ: eum *Tert.* = *αὐτόν* KLP *al. pler.* *Libere* similiter mulier fidelis infideli nupta si consentaneum maritum experitur ne dimiserit eum *Tert.*

14. **sanctificatus est** (*om.* est *d**, + *d*^{2}) *etiam* *Aug.* (vi. 394, x. 82) = *ἡγίασται*: sanctificatur *f Tert.* (*uxor.* ii. 2) *Aug.* (v. 1192, x. 63). **enim** *om.* DZ* *Ambr.* (*uid.* 11) *et gr.* P. > enim est *d*^{2} *e*. **in muliere** (-ri Θ*Z* *cod. caraf.*) **fideli** (-le F^{c}LN^{c}, -lim M*) *codd. plur. cod. caraf. Bentl. f Aug.* (i. 715), in uxore fideli *d* (fidei*) *e Hieron.* (i. 671 *Hilberg*), *cf. Tert.* (*infra*), muliere (*om.* in) uel uxore fideli *g* = *ἐν τῇ γυναικὶ τῇ πιστῇ* DE FG *syr. pesh.*: per mulierem fidelem BDKPVW Z^{c} *vg. c t Hieron.* (i. 671 *Uall.*), per muliere

Digitized by Google

et sanctificata est mulier
infidelis per uirum fidelem
alioquin filii uestri inmundi
essent
nunc autem sancti sunt
15 quod si infidelis discedit
discedat non est enim
seruituti subiectus
frater aut soror in eiusmodi
in pace autem uocauit nos deus
16 unde enim scis mulier
si uirum saluum facies?
aut unde scis uir si mulierem
saluam facies?
17 nisi unicuique sicut diuisit dominus
unumquemque sicut uocauit deus
ita ambulet
et sicut in omnibus
ecclesiis doceo
18 circumcisus aliquis
uocatus est? non adducat praepu-
tium

---

fidele R, per uxorem fidelem *Ambrst. Ambr.*; in uxore (*sine* **fideli**) *Aug.* (iii. 2. 185, 197, v. 1193, vi. 327, 394, x. 63, 82) = *ἐν τῇ γυναικί gr. plur.* **sanctificata est** (*ἡγίασται*) *etiam Aug.* (vi. 394, x. 82): sanctificatur *Aug.* (v. 1193, x. 63). **per uirum** (maritum *Ambr.*) **fidelem** *codd. vg. c t = fere ἐν τῷ ἀνδρὶ τῷ πιστῷ quod in graeco non inuenitur, habent tamen ἐν τῷ ἀνδρί* ℵ^c D^c KL *al. pler.*; *porro* in uiro fideli *Iren.* (*Mass. p.* 257) *Hieron.* (i. 671 *Uall.*), ex uiro fideli *Ambrst.* (*cf. Tert. infra*): in fratre *d e f g Hieron.* (i. 671 *Hilberg*) *Aug.* (*semper*) = *ἐν τῷ ἀδελφῷ* ℵ*ABC D*EFGP *min.*; in fratre fideli *Hieron.* (vii. 545). fili P. uestri|| Z. immundi H *vg. Tisch.* **essent**: sunt *f g, et gr. ἐστιν.* **autem**: uero *f.* **sancti** (*ἅγια*): *om.* P*; sanctificati D[1]; mundi *Hieron.* (i. 671 *Uall.*). **sunt**: sumus Z*. **nunc . . . sunt** *om.* M. *Libere* sanctificatur enim infid. uir a fid. uxore et infid. uxor a fid. marito ceterum imm. ess. filii uestri *Tert.* (*uxor.* ii. 2).

15. quod si autem *g*; *gr. εἰ δέ.* **non est enim** (> enim est W) **seruituti** (-tis T*) **subiectus** (> subi. seru. *Aug.* viii. 114) *codd. longe plur. c Aug.* (ii. 556, viii. 114): > non enim (autem *Aug.*) seruituti subiectus est *vg. edd. antt. Aug.* (iii. 2. 197); non est enim seru. deditus D *Sedul.*; non est enim subiectus (*om.* **seruituti**) C, non est autem subiectus *Aug.* (iv. 207); *hi omnes habent* **enim** (*uel* autem) *contra graecum οὐ δεδούλωται*; *contra* non est seru. subi. (*sine* **enim**) *d e f g Orig.* (*int.* iv. 461), non est seru. deditus *Ambr.* (*uid.* 11); > non seru. subi. est *Bentl.* **aut**: uel *g Orig.* (*int.*) *Aug.* (iii. 2. 197, vi. 125). > non est enim frater aut soror seruituti subiectus *Ambrst.* **in** (*om.* O^c) **eiusmodi**: in huiusmodi DT *vg.* (*non cor. uat.*) *Bentl. Ambrst. Aug.* (ii. 556, iii. 2. 197, iv. 207, vi. 125, viii. 114); in talibus *Orig.* (*int.*) *Ambr.*; *gr. ἐν τοῖς τοιούτοις.* pacem *d e.* **autem**: enim *f Sedul.*; autem uel enim *g.* uocabit FN*. **nos** (nus P) = *ἡμᾶς* ℵ^c BDEFGL *al. pler.*: uos ϛ *edd. antt. plur.* (*non autem Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534) *Pel. Sedul. cum gr.* ℵ*ACK 39. 46. 73. **deus**: dominus CT, *cf. Tert.* (*uxor.* ii. 2) in pace nos uocari a domino.

16. **unde** *pr.* (hunde C): quid *d e f g Ambrst. Aug.* (vi. 394); *gr. τί.* > scis enim H. facias *pr.* FL*OT; *gr. σώσεις.* **unde** *sec.* (hunde C) *etiam Ambrst. Aug.*: quid *d e f g*; *gr. τί.* **mulierem** (*γυναῖκα*): uxorem D *d e f g Ambrst. Aug.* sal||uam N. facias *sec.* OT.

17. **nisi unicuique** (hun. C) = *εἰ μὴ ἑκάστῳ*: unicuique autem D. **diuisit** (*μεμέρικεν* ℵ*B, *ἐμέρισεν plur.*): partitus est D. **dominus** (*cum gr. plur.*): deus PW *c Ambrst. et gr.* KL *al. pler.*; + et P *f g cum gr.* FG. > dom. diuisit L *Sedul.*, > dom. partitus est D, *et ο θ. εμερισεν* K^scr. unemquemque B*, unumquemquem F*, unumque D. **sicut** *sec.*: sic L[2], si F*. **uocauit** *bis scr.* R, uocabit N**d.* **deus** (*cum gr. plur.*): dominus D *et gr.* KL *al. pler.*; dominus deus *g cum gr.* G*; *deinde* + et *cor. uat.** **ambulet** (hamb. C): *uoluit* ambulet? *c*; + hoc est conuersetur *g Sedul. Libere* unusquisque sicut uocauit eum deus ita amb. *Hieron.* (ii. 251), ut quisque uocatur a deo ita perseueret *Tert.* (*uxor.* ii. 2). **et sicut**, *aperto errore pro* et sic, *legimus cum codd. nostris paene omn. vg. c Hieron.*, *cf.* sicut etiam *Uigil.* (*Uarim.* iii. 68); sicut (*sine* **et**) DR *f Ambrst. Pel.*: et ita *d e g*, et sic L[2] *Erasm.* (*Bentl.*) *et gr. καὶ οὕτως*; *deinde* + ubique AP *c*, + utique D, *sine auct. gr.* **in omn. ecclesiis** (ecl. KMP, aecl. CT, aeccl. N, aecless. D) = *gr.* ℵ *min.*: > in eccles. omn. *d e f g Uigil. Bentl. cum gr. plur.*; per omnes ecclesias *Ambr.* (*ps.* 36). **doceo** *omnes* = *διδάσκω* D*EFG: *διατάσσομαι gr. plur.*; *sequitur rasura c.* 7 *litt.* Z; *deinde* **circumcisus aliqui[s]** (*u.* 18) *in ras. scr.* Z.

18. circumcissus D. **aliquis** *pr.* (i *sec. sup. lin.* P) *et. Aug.* (viii. 135) = *τις*: quis *Aug.* (iii. 2. 948. vi. 424, 483); qui *d e.* **est** *pr. om. f g.* **praeputium** (prep. BGMUW, prepucium P): *om. Aug.*

Digitized by Google

in praeputio aliquis
uocatus est?
non circumcidatur
19 circumcisio nihil est
et praeputium nihil est
sed obseruatio mandatorum dei
20 unusquisque in qua uocatione
uocatus est in ea permaneat
21 seruus uocatus es?
non sit tibi curae
sed et si potes liber fieri
magis utere
22 qui enim in domino uocatus est
seruus
libertus est domini
similiter qui liber uocatus est
seruus est christi
23 pretio empti estis nolite
fieri serui hominum.
24 Unusquisque in quo uocatus
est fratres in hoc maneat apud
deum.
25 De uirginibus autem
praeceptum domini non habeo
consilium autem do tamquam
misericordiam consecutus a domino

(vi. 483). **in** + k A^{mg}. **praeputio** (prep. BGM UW; prepucio P; prepu||cio V): praeputium R. **aliquis** *sec.* (τις): quis *Ambrst. Hieron.* (i. 957) *Aug.*; *om. Hieron.* (i. 214, ii. 253, iv. 601). **al q. uoc. est** *sec.* = τις ἐκλήθη D^{c}EKL *al. pler.*: > *κέκληταί τις* ℵABP *min.* **est** *sec. om. f g.* circuncidatur ϛ; circumdatur F.

19. circumcissio D; + itaque *Hieron.* (vii. 479). nichil W *bis.* prode est F*. preputium BGMU W, -cium P; praeputio L*, preputio T. **et praep. nihil est** *om. f g cum gr.* FG *min.* **obseruatio** (hobs. C, obseruacio P) **mandatorum** = *τήρησις ἐντολῶν*: serua mandatum *d e* = *τήρησον ἐντολήν? quod in graeco non inuenitur.* **dei** + necessaria est D. *Libere Aug.* (viii. 135) quia praeputium nihil est et circumcisio nihil est sed obseruatio praeceptorum dei, *sed infra* praep. nihil est et circ. n. est sed obs. mandatorum dei. **sed obs. man. dei** *om. Pel.*

20. **in qua uocatione** (uocacatione F) **uocatus est**: > in uocatione qua uocatus est *f g Bentl.*, *et* in ea uocatione in qua uoc. est D *Ambrst.*; *gr.* ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη. **ea**: ipsa D *d e Ambrst.*; hac *Orig.* (*int.* iii. 902). **maneat** *Orig.* (*int.*); + apud deum D *Orig.* (*int.*), *ex uersu* 24. *Libere* ut quisque fuerit inuentus ita perseueret *Tert.* (*idol.* 5).

21. **es**: est F*Z* *e.* **non sit** (*om.* P*) **tibi** (> tibi sit *f g Bentl. Ambrst. semel*) **curae** (cure MW; cura D) = μή σοι μελέτω: nihil cures *d e Orig.* (*int.* iv. 461 *semel*); ne curaueris *Tert.* (*monog.* 11); nihil ad te attineat *Orig.* (*int.* iv. 461 *semel*); *deinde* + de libertate D *Sedul.* **et** *om.* D *f g cum gr.* FG. si potest (*cf.* est *supra*) A*MRZ* (*confuse scr.* ipsotest*). **liber fieri** (ἐλεύθερος γενέσθαι): > fieri liber W *vg. cum edd. antt. plur.* (*exc. Froben* 1502). hutere C.

22. **enim**: autem U. > uocatus est in domino *Ambr.* (*ps.* 118 *gimel*; *de iacob.* i. 11; *exhort. uirg.* 1; *non autem spir.* i. 5). **libertus** (ἀπελεύθερος): liber M^{c}O* *codd. ap. Ambr.* (*spir.* i. 5). **est** *sec.*: es M. > domini est *f g Bentl. cum ordine graeco.* **similiter** *sine addit. codd. plur. vg. c cum gr.* ℵABP *min. syr. pesh. et harcl. txt. Hieron.* (ii. 253 *semel*, 254): + et DLMNO*R *cor. uat.* Orig.* (*int.* iv. 461) *Ambr.* (*exhort. uirg.* 1) *Hieron.* (ii. 253 *semel*) *Pel. Sedul. et gr.* KL *al. pler.* + *καί*; + autem et *d e f g cum gr.* DEFG 37. **est christi** *cum gr. plur.*: > christi est *f g cum gr.* ℵ*FG.

23. **pretio** (praetio ABČDFGHILNORTV; praecio Z*, precio P, preci||o K; *sed uide ad Mt.* xxvii. 6, 9 *etc.*): + enim PKU. **empti** (hempti C, emti TZ*) **estis** = ἠγοράσθητε: redempti estis *Hieron.* (v. 532, *non autem* i. 224). **serui** *om.* D. > hominum serui *Sedul.*

11. **haec** (hec MW) **autem omnia** = ταῦτα δὲ πάντα CKLP : > omn. au. haec *f g Iren.* (*Mass. p.* 244 *edd.*) *Aug.* (iii. 1. 117, iv. 818), omn. au. ista *Aug.* (viii. 50) *cum gr.* ℵDEFG *min.*; haec omnia (*sine* **autem**) *Aug.* (viii. 193, 203), > omnia haec *Orig.* (*int.* ii. 486) *Aug.* (v. 1438, viii. 213, 244, 805) *Uigil.* (*Uarim.* i. 43) ; haec autem (*sine* **omnia**) *Tert.* (*Marc.* v. 7) *Orig.* (*int.* iii. 63) *Pacian.* (*ep.* 3) *Ambr.* (*de uirginibus* i. 3 ; *apol. proph. Dau.* i. 11) *Aug.* (iii. 2. 379, iv. 209) *cum gr.* ταῦτα δέ AB 17 ; omnia enim (*sine* **haec**) *Aug.* (viii. 132) ; omnia *tantum Aug.* (iii. 2. 511) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 358) ; haec *tantum Iren.* (*p.* 244 *codd. Clarom. et Uoss.*) *Aug.* (iv. 628, viii. 455). **in figura** = τυπικῶς ℵABCKP *etc.*, *et* in figuram P *Aug.* (viii. 132) *Canon. Priscill.* 68 (*uide supra p.* 29), in praeformationem *Hil.* (*ps.* 136), in praefigurationem (-ne T) *codd.* GPRT *ad Hil.*, figuraliter *Orig.* (*int.* ii. 486) *Hieron.* (vii. 673) : *gr.* τύποι DEFGL *al. longe plur. apud Latinos non redditur.* **contingebant** (contig. N*P) = συνέβαινεν : acciderunt *Hil.*, fiebant *Iren.* (*p.* 265), ueniebant *Iren.* (*p.* 244) ; facta sunt *Ambr.* (*apol. proph. Dau.* i. 11 ; *sacr.* i. 6 ; *de uirginitate* 1 ; *cf. Uigil. infra*), gesta sunt *Ambr.* (*ps.* 43), *cf. Aug.* (ix. 87) ; *ex u.* 6. **illis** (illi|s P) : his *Hil.*, eis *Aug.* (iv. 595) ; in illis *Aug.* (iv. 668, 954). **scripta** (-bta LNOPR) **sunt autem** (uero *Orig. int.* ii. 468, *Ambrst.*; *om.* S) : > scr. au. sunt *Aug.* (viii. 50, 213) ; *om. Ambr.* (*apol. pr. Dau.* i. 11) *Aug.* (viii. 132 *codd.*). **ad** (propter *Aug.* viii. 455) **correptionem** (corep. H, correpcionem P) **nostram** = πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν : ad correctionem nostram *c* (*non autem cor. uat.*) *Aug.* (iv. 595, v. 1438) *Priscill.* (*ed. Schepss p.* 62) *Uigil.* (*Uarim.* i. 43 *libere* omn. h. ad corr. no. facta sunt) *Sedul.*, > ad nostram correctionem *Ambr.* (*apol. pr. Dau.* i. 11) ; ad commonitionem nostram *Hieron.* (i. 463), ad nos commonendos *Tert.* (*Marc.* v. 7) ; ad cognitionem nostram *Ambr.* (*ps.* 43) ; propter nos *Orig.* (*int.* ii. 486, iii. 63, iv. 672) *Hil. Hieron.* (i. 263, v. 824, vii. 673) *Aug.* (iii. 2. 511, iv. 209, 628, viii *saepius*) ; de nobis *Hieron.* (i. 445). quo^{s} Θ. **fines** (τὰ τέλη) : finis DNS *Iren. Orig.* (*int.* iii. 63) *Aug.* (*saepissime*) *Uigil. Sedul. Cassiod.* (*P. L.* lxx. 47). **saeculorum** (sec. MPSϛ𝔐) = τῶν αἰώνων : aeuorum *Tert.* (*Marc.* v. 7 ; *Prax.* 16 > aeuor. fines). > saec. finis *Cassiod.* **deuenerunt** (κατήντηκεν uel

Digitized by Google

12 itaque qui se existimat stare
uideat ne cadat
13 temtatio uos non adprehendat nisi
humana.
Fidelis autem deus est qui non patietur
uos temtari super id
quod potestis
sed faciet cum temtatione
etiam prouentum ut possitis sustinere
14 propter quod carissimi mihi
fugite ab idolorum cultura.
15 Ut prudentibus loquor
uos iudicate quod dico

-τησεν) *codd. plur. vg. c Hieron.* (i. 263, v. 824), *cf.* decucurrerunt *Tert.* (*cult. fem.* ii. 9; *Marc.* v. 7; *Prax.* 16) *Hieron.* (i. 445, ii. 327, vii. 673): deuenit DNS *d e f g Iren. Orig.* (*int.* iii. 63) *Aug.* (v. 1438) *Sedul.*; obuenit *Aug.* (*saepissime*) *Uigil.*; aduenit *Cassiod.*

12. **itaque**: propterea *Tert.* (*pudic.* 14) *Ambrst.* (+ et); quapropter *Iren.* (*Mass. p.* 265) *Aug.* (iii. 1. 55, v. 408, ix. 59, x. 830); et *Cypr.* (*test.* iii. 21; *ep.* 55) *Ambr.* (*ps.* 118 *mem*) *Hieron.* (vii. 476). **qui** (quis O*) **se existimat** (se extimat T; > exist. se *Pel.*) **stare** = ὁ δοκῶν ἑστάναι: qui se (te *d*) putat (-ant *d*) stare *d e Iren* (> putat se) *Tert.* (*pudic.* 14) *Cypr.* (*bis*) *Cypr. App.* (*p.* 175 = *sing. cler.* 3) *Orig.* (*int.* iv. 563) *Ambrst. Aug.* (iv. 361, 482, v. 408, ix. 59), qui se putat uel existimat stare *g*; qui uidetur stare *Aug.* (ii. 804, iii. 1. 55, x. 804, 830, 834, 838), qui sibi uid. st. *Hieron.* (ii. 324); qui stat *Ambr.* (*ep.* 63) *Hieron.* (i. 25, vii. 476). **uideat** (βλεπέτω): caueat *Aug.* (v. 408). **ne**: nec P. *Aliam uersus formam* tu qui stas uide ne cadas *exhibent Cypr. App.* (*p.* 62 = *ad Nouat.* 13) *Ambr.* (*ps.* 36; *ps.* 118 *mem*).

13. **temtatio** (*ita* HT: tempt. *rell. Tisch.*, tent. *vg.*; temptacio P): + autem adhuc *Hil.* (*ps.* 118 *phe*). **adprehendat** (adprae. FΘNR, appre. BKTW *vg. Tisch.*; adpraehaendat Z*, adprehindat P) *codd. plur. vg. c e f g Orig.* (*int.* iv. 608) *Ambrst. Quaestt. U. et N. T.* 99 *Hieron.* (i. 196 *Uall.*, ii. 324) *Aug.* (iii. 2. 214, 720) *etc.*, *et* comprehendat *Orig.* (*int.* i. 139) = καταλάβῃ FG: adprehendit (adprae. C *d*, appre. *Bentl.*) CSU *Bentl. d Hil.* (*ps.* 118 *phe*) *Hieron.* (i. 196 *Hilb.*) *Pel. Sedul.* (*diserte*) *cum gr. plur.* εἴληφεν; occupabit *Cypr.* (*test.* iii. 91; -uit *cod.* B). > non adpr. uos *Hil.* (*ps.* 118 *phe*). homana S, hu|mala V. **autem**: *om.* D *Hil.* (*ps.* 118 *aleph*) *Aug.* (*saepius*) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 581); enim *Aug.* (ii. 544, v. 967, vi. 365). **est**: *om* DG*LRS *cor. uat. mg. Bentl. d e f g Orig.* (*int.*) *Cypr. Ambrst. Hieron.* (ii. 324, vi. 408, vii. 671) *Aug.* (*saepius*) *Cassiod.*, *et gr. tantum* πιστὸς δὲ ὁ θεός. > est deus *Hil.* (*ps.* 118 *aleph*), > est enim deus *Aug.* (v. 967). **non** *sec. om.* A*. **patietur** (pac. PW) = ἐάσει *gr. plur.*, *cf.* permittet *Orig.* (*int.*) *Hieron.* (vii. 671) *Aug.* (ii. 544, 621, 631, iv. 822, 1314, v. 967, viii. 941, ix. 653), sinet *Aug.* (vi. 446, 628): patitur DS (*g*), permittit *Aug.* (iv. 603, 851, v. 89, vi. 365), sinit *Aug* (v. 384); permittat *Hil.* (*ps.* 118 *aleph*) *Aug.* (iv. 194, v. 1056, x. 115, 831), sinat *Aug.* (ii. 87, iii. 2. 214, iv. 456, 605, 715, 941, 1020, v. 231, 232); dimittet *Hieron.* (ii. 324, vi. 408) = ἀφήσει DEFG; patitur uel non dimittit *g*; *inter* **patietur** *et* **uos** *aliquid superscr. est in* O (*erasit corr.*; *quid fuerit non liquet*). **uos** *sec.*: nos *Hil.* (*ps.* 118 *aleph*). > non uos perm. *Aug.* (ii. 544, iv. 851, v. 89, vi. 365, x. 115), > non uos sin. *Aug.* (iii. 2. 214, iv. 715, 941, v. 231, 232, vi. 446, 628); > uos non perm. *Aug.* (iv. 194, *cf.* v. 384). **temtari** HPT: tempt. *codd. rell. Tisch.*, tent. *vg.* **super**: supra K *vg. Orig.* (*int.*) *Ambrst. Hil.* (*ps.* 118 *aleph*) *Hieron. Aug.* (*saepius*) *Cassiod.* **id quod** (*etiam Aug. saepius*): quod *Cypr. Aug.* (iv. 822); quam *Ambrst. Hil.* (*ps.* 118 *aleph*) *Aug.* (*saepius*), *cf.* iv. 6; *deinde* + non *d f g* (*cf.* F[mg] *infra*) *cum gr.* FG 123**. **potestis**: possumus *Hil.* (*ps.* 118 *aleph*); + non subferre F[mg], + sustinere *f g*, + ferre *Aug.* (ii. 87, iii. 2. 214, iv. 194, 456, 605, 851, 1020, v. 232, 384, vi. 446), *et* + ὑπενεγκεῖν FG; *etiam* > ferre potestis *Aug.* (v. 231). **faciat** L*O*Z* *Aug.* (iv. 194, 1020, v. 1056). **cum temtatione** (*ita* HT: temptat. *codd. plur. Tisch.*, temptac. P, tentat. *vg.*): contemptatione *uno uerbo* Z*. **etiam** (actiam U, eciam P): et *Hieron.* (vi. 408); *om. ed. Froben* 1502. > etiam cum tent. *vg. edd. antt.* **prouentum** *etiam Aug.* (iii. 2. 214) = τὴν ἔκβασιν: exitum *Hieron.* (vi. 408) *Aug.* (*fere semper*) *Leo* (*ep.* 130); euadendi facultatem *Cypr.*; + uestrum *Cassiod.* **ut possitis** (positis D, possetis O*Z[1], *correxit* Z[3]): + uel posse *g*. **sustinere** (susten. P) = ὑπενεγκεῖν: tolerare *Cypr. Ambrst. Aug.* (iii. 2. 214, iv. 715). > sustinere poss. O *Aug.* (vi. 628; *cf.* v. 967).

14. **propter** (p|||ropter R) **quod** (*om. g*): quapropter *Ambrst.* **carissimi** (kar. W, char. *vg.*): dilectissimi *Aug.* (viii. 569). **mihi**: *om.* CH*TW *cor. uat. mg. Ambrst.*; mei *d f g Bentl.*; + in circumcisione dñi ad missa M* (*expunxit cor.*). fugete L. **ab idolorum** (ydol. C, idul. NS) **cultura** (cultu *d e*): idololatriam *Tert.* (*cor.* 10).

15. **ut** (ὡς): et K*V*; sicut *d e f g*; quasi *Ambrst. Aug.* (viii. 569) *Sedul.* **prudentibus** (prod. F): prudentes *d e Ambrst.*; + uobis *d e*, *et* + ὑμῖν DE. **loquor**: dico *Bentl. d e f g Aug.*

Digitized by Google

16 calix benedictionis
cui benedicimus
nonne communicatio
sanguinis christi est?
et panis quem frangimus
nonne participatio
corporis domini est?
17 quoniam unus panis
unum corpus multi sumus
omnesque de uno pane
participamur.
18 Uidete israhel secundum carnem
nonne qui edunt hostias
participes sunt altaris?
19 quid ergo dico?
quod idolis immolatum

---

et gr. λέγω; *om. Ambrst.* **uos** + ipsi BG^{2}KVW Z^c *vg. c.* > iudicate uos *d e f g Aug. Bentl. cum gr.* κρίνατε ὑμεῖς. **dico** (φημί): *euanuit in* R.

16. **calix** *legimus cum codd.* A^{1}DRWZ^c *vg. c d e f g Iren.* (*Mass. p.* 209) *Ambrst. Aug.* (viii. 569): calicem A*BCFGHΘKLMNOPSTUVZ* *Bentl. t Pel.*; *inceperat Hieron. ut uidetur* calicem *et* panem *scribere sed inter scribendum mutauit consilium*; *certe* panis *infra intactum reliquit.* **benedictionis** *omnes* = εὐλογίας *gr. plur.*: εὐχαριστίας FG *min.* **cui**: quem D *d e f g Iren. Ambrst. Aug.* **benedicimus** *ex* beded. P; benedicemus O*, benedictimus U. **communicatio** (common. DS, cummun. N, conmun. R; communicato M, communicacio P) = κοινωνία. **sanguinis**: corporis *g.* **christi**: domini *Ambrst.* > sang. est christi *Iren.*; > est sang. christi D *Aug. Sedul. cum gr.* ABP *syr. pesh.* **et** *om. Bentl. d f g Ambrst. Aug. cum graeco.* **panis** (*cf.* **calix** *supra*) *codd. vg. uett. plur.*: panem *f g Hieron.* (v. 48), *et ita uoluit Bentl.* quam T. franguimus D; frangimur *t.* **et panis quem frangimus** *om.* M. **participatio** (-cio P) = κοινωνία: communicatio *d e f g Ambrst. Hieron. Aug.* **corporis** *om. t.* **domini** = τοῦ Κυρίου D*FG 211 dei *t*; christi *Hieron.* = τοῦ Χριστοῦ *gr. longe plur.* **est** *sec. om.* P*. > est corporis domini *Hieron.* (christi) *Aug.*

17. **quoniam**: quia *Ambrst. Ambr.* (*luc. l.* vii. 191) *Aug.* (viii. 569). **panis** + et DSϚ𝔖 *Aug.* **multi** (multis C^1) = οἱ πολλοί: omnes *Ambr.* (*ter, sc. ps.* 43 nos omnes unus panis sumus; *luc. l.* vii. 209 unum enim omnes corpus sumus; *ep.* 70 omnes enim unus panis sumus) *Hieron.* (vi. 482 omnes enim unus panis sumus). summus P. **omnesque** (omnisque M) *codd. plur. contra graecum* οἱ γὰρ πάντες: nam omnes DT *Bentl.*, omnes enim LP *d e f g Ambrst. Aug.*; omnes quidem G; omnes qui O*UWZ^c *cor. uat. vg.* (omnes, qui 𝔖ℭ), omnes quia N; nam omnes qui *t.* **pane** *sine addit.* ABCF*HΘKRSUVZ^{c}𝔓ℭ *Luc. Brug. c et gr. plur.*: + et de (*om. f g*) uno calice DF^{c}GLM NOTWZ*Ϛ𝔖 *cor. uat. mg. d e f g Ambrst. cum gr.* DEFG. **participamur** (μετέχομεν): participamus *vg.*; percipimus *d e*, participamur uel percipimus *g.*

18. **uidete** (-ite A*): + enim DSZ*. hisrahel D, srahel C *t*, israel *vg.*; isr̄l *codd. mult., sed* ihl̄ R, ir̄l *f*; *uide tom.* I, *p.* 776. **secundum carnem**: carnaliter *Aduersarius apud Aug.* (viii. 569), *uide infra.* **qui**: quia Z* (*sic*). **edunt** (hed. C, aed. DΘU): edunt uel edentes *g*; manducant *d e Aug.* **hostias** (ostias N*; hostia S^1, *forsan* hostiā S*) = τὰς θυσίας: sacrificia *d e f*, sacrificia uel hostias *g*; de sacrificiis *Aug.* > de sacr. manducant *Aug.* **participes** (κοινωνοί): socii *Aug.* **sunt** + uel communicantes *g.* **sunt altaris**: > altaris sunt *f Bentl. cum ord. graeco*; + sunt *g* (*i. e.* participes sunt uel communicantes altaris sunt). *Apud Aug.* viii. 569 (*contra Aduersarium legis et proph.* i. 38) *duae uersiones huius uersus exhibentur, Aduersarii sc. et ipsius Augustini*; *Aduersarius adhibet* '*apostolorum testem, eo quod dixerit* uidete isr. carnaliter nonne qui edunt hostias participes sunt altaris', *sed respondit Aug.* '*non ita scriptum est, sed ita* uidete isr. secundum carnem nonne qui de sacrificiis manducant socii sunt altaris'.

19. *Distinguunt* quid ergo? dico quod Z^c *vg. edd. antt.* (*exc. Iunta* 1534). **dico** *om. e.* **quod** *pr.*: quia *d e Ambrst. Aug.* (viii. 130, 569). **idolis** (yd. C): simulacro *d e Ambrst.* **sit** *pr.*: est *d e f Ambrst. Aug.* (viii. 130, 569); sit est *g.* > aliquid est *Ambrst. cum gr.* (*exc.* D*FG). **aut**: non *d e f g m Ambrst. Aug.* (i. 728 *codd. nouem*). **quod** *sec.*: quia *Ambrst.*; *om. Aug.* (ii. 280, viii. 130, 569). **idolum** (ydo. C, idu. S) = εἴδωλον *plur., cf.* simulacrum *Ambrst.*: idolum uel idolothitum *g, et* εἰδωλόθυτον FG. **sit** *sec.*: fuit *f** (u *exp.*); est *Ambrst. Aug.* (ii. 280, viii. 130, 569). **aliquid** *sec.*: aliquod N. **aut quod id. s. aliquid** *om.* MP; *deinde post* **aliquid** *sec.* + non quod idolum sit aliquid F^{1}O*R. *Quinque ergo modis sententia haec inuenitur in codd. latinis et apud Patres, sc.* (1) quod idolis immolatum sit aliquid MP = ὅτι εἰδωλόθυτόν τι ἐστιν ℵ*AC*; (2) quod (*uel* quia) idolum sit (*uel* est) aliquid *Aduersarius ap. Aug.* (viii. 569; *uide infra*) = ὅτι εἴδωλόν τι ἐστιν 17. 71, *cf.* non quod idolum sit aliquid *Tert.* (*spect.* 13) *Aug.* (iii. 1. 34) *Priscill.* (*p.* 77 *ed. Schepss*), non quasi aliquid sit idolum *Tert.* (*cor.* 7); (3) quod (quia *Aug.* viii. 130, 569) idolis immolatum sit (est *Aug.* viii. 130, 569) aliquid aut quod (*om. Aug.* ii. 280, viii. 130, 569) idolum

Digitized by Google

sit aliquid?
aut quod idolum sit aliquid?
20 sed quae immolant gentes
daemoniis immolant
et non deo
nolo autem uos socios
fieri daemoniorum
21 non potestis calicem domini
bibere et calicem daemoniorum
non potestis mensae domini
participes esse
et mensae daemoniorum
22 an aemulamur dominum?
numquid fortiores illo sumus?

---

sit (est *Aug.* ii. 280, viii. 130, 569) aliquid *codd. nostri plur. vg. c Aug.* (i. 728 *edd.*, ii. 280, viii. 130, 569) = *ὅτι εἰδωλόθυτόν τι ἐστὶν ἢ ὅτι εἴδωλόν τι ἐστίν* ℵ^{a}BC**P *min.*; (4) quod (quia *d e Ambrst.*) idolis (simulacro *d e Ambrst.*) immolatum sit (est *d e f Ambrst.*; sit est *g*) aliquid (> al. est *Ambrst.*) non quod (quia *Ambrst.*) idolum (simulacrum *Ambrst.*; + uel idolothitum *g*) sit (fuit *f**; est *Ambrst.*) aliquid *d e f g m Ambrst. Aug.* (i. 728 *codd. nouem*) *cum gr. ὅτι εἰδωλόθυτόν ἐστίν τι* (> *τι ἐστίν* D^o) *οὐχ ὅτι εἴδωλόν* (*εἰδωλόθυτον* FG) *ἐστίν τι* DFG; (5) quod idolis immolatum sit aliquid aut quod idolum sit aliquid non quod idolum sit aliquid F^{1}O*R; *Augustinus* (viii. 569) *citat Aduersarium legis et proph. legentem* quod idolum sit aliquid, *deinde pergit 'potuit autem accidere ut secundum interpretationum uarietatem non in rebus sed in uerbis . . . quod ego posui* quid ergo dico quia idolis immolatum est aliquid *minus ille posuerit aut minus codex eius habuerit et ideo tantummodo posuit* quia idolum est aliquid'; *testimonia graecorum apud Tisch. T. G.* 8 *uidesis.*

20. *Deficit* R *usque ad* xiv. 25. **sed quae** (que MPVWZ*, qui O*) = *gr.* ἃ δέ DE, ἀλλὰ ἅ FG, *cf.* sed quod G : sed quia quae *Aug.* (iii. 1. 34, viii. 130, 569) = ἀλλ' ὅτι ἅ *gr. plur.*; sed qui *Aduersarius legis ap. Aug.* (viii 569), *uide infra.* **immolant** *pr.* (*in ras. scr.* U) = *θύουσιν uel θύει* : sacrificant *d e m Ambrst. Aduersarius ap. Aug.* (viii. 569) *Priscill.* (*pp.* 8, 77 *ed. Schepss, cf.* 54); faciunt *Tert.* (*spect.* 13). **gentes** (*τὰ ἔθνη* ℵACKL *al. omn. uid.*): *om. d e m Tert. Ambrst. Aug.* (iii. 1. 34, viii. 130, 569) *Priscill., et gr.* BDEFG; > gentes immolant *f g fere cum gr.* L *οτι τα εθνη α θυει.* **daemoniis** (dem. LM^{o}NOPVW; demonis DS; de omnis M*) : daemonibus CT (dem.) *Aug.* (v. 361) *et Aduersarius ap. Aug.* (viii. 569). **immolant** *sec.* = *θύουσιν uel θύει* : sacrificant *d e m Aduersarius ap. Aug.* (viii. 569) *Priscill.*; faciunt *Tert.* **et** (*om.* CT) **non deo** (domino D) : *om. m Tert. Ambrst. Aduersarius ap. Aug.* (viii. 569) *Pel. sine auct. graeca.* > daemoniis et non deo immolant *Aug.* (ii. 280, viii. 130, 569) = *gr.* ℵABCP *min.* *Augustinus lectioni suffragatur* sed quia quae immolant, daemoniis et non deo immolant, *uide* viii. 569 *ubi ita citat diserte contra Aduersarium legis, et addit 'iste autem dixit* sed qui sacrificant, daemoniis sacrificant *quasi omnes qui sacrificant non sacrificent nisi daemonibus; non enim ait apostolus* qui sacrificant *sed* quae sacrificant *uel, sicut a me positum est,* immolant'; *cf.* viii. 130 *ubi Manichaeos similiter corrigit*; *alibi Augustinus libere citat*; *e.g.* quia quae immolant, daemoniis immolant et non deo (iii. 1. 34), quae immolant gentes, daemoniis et non deo immolant (ii. 280), *et saepius cum textu nostro concordat* (i. 728, v. 361, vii. 213, viii. 334, 345, 370, 456, *cf.* v. 908); *et ita Manichaei ap. Aug.* (viii. 130). noli L*. **autem** *om. d e Ambrst. Hieron.* (i. 564) *Aug.* (*saepius*). **socios** (sot. GZ*, socius P) = *κοινωνούς* : participes *Ambrst. Hieron.* (i. 564). demoniorum DLMOPSW; daemonum *Hieron.* **soc. fieri daem.** *hoc ordine contra graecum* : > daemoniorum soc. fieri *d e f g cum gr.* DEFG, > socios (participes *Hieron.*) daemoniorum (-monum *Hieron.*) fieri *Hieron. Aug.* (iii. 1. 34, viii. 130, 569) *cum gr. plur.*

21. *Ad init.* + quia *cor. uat.** ϛ. **potestis calicem** *partim in ras.* U. bebere H*. demon. *bis* DLMOPSW. **non** (*pr.*) . . . **daemoniorum** (*pr.*) *om. c*; *post* **calicem daemoniorum** + nolo autem uos socius fieri demoniorum P. *Inc. u.* 21 **non potestis mensae** ℭ. mense *pr.* LMOZ*, mensā G*, minsa P. **participes esse** (*μετέχειν*) : > esse participes *Hieron.* (iv. 382); participare Z* *d e f m Hieron.* (vii. 711; *uide infra*) *Aug.* (viii. 130 *semel*), participari *Hieron.* (i. 564, iv. 783), participare uel i *g*; communicare *Cypr.* (*laps.* 15; *ep.* 16) *Ambrst. Hieron.* (i. 296) *Aug.* (viii. 128, 130 *semel*) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 170, *non autem* 486, 870). > commun. mensae domini *Cassiod.* (170). mense *sec.* LMOPU. **daemoniorum** *sec.*: idolorum *Hieron.* (iv. 382). *Ordinem sententiarum inuertit Hieron.* (iv. 783) non pot. mensae dom. participari et m. daem. non pot. cal. dom. bibere et cal. daem.; *cf.* vii. 711 *ubi libere citat* non enim possumus m. dom. participare et m. daem. nec ualemus simul bibere cal. dom. et cal. daem.; *Tert.* (*spectac.* 13) *libere* sed neque de sacrificio et parentato edimus quia non possumus cenam dei edere et cenam daemoniorum.

22. **an** (han C) : aut *d e Ambrst.*; an uel aut *g*; numquid *Ambr.* (*ps.* 36). **aemulamur** *codd. plur. vg. d e, et* emulamur C(hem.)DLM^1(emulitum *inepte* M*)PSUW *c f t* : aemulemur A *g*, emulemur O; *gr.* *παραζηλοῦμεν*; *Pel. ad loc. notat*

Digitized by Google

23 omnia licent
sed non omnia expediunt
omnia licent
sed non omnia aedificant
24 nemo quod suum est quaerat
sed quod alterius
25 omne quod in macello uenit
manducate nihil interrogantes
propter conscientiam
26 domini est terra et plenitudo eius
27 si quis uocat uos infidelium
et uultis ire
omne quod uobis adponitur
manducate
nihil interrogantes propter
conscientiam
28 si quis autem dixerit hoc
immolaticium est idolis

'*alii codices habent* ipsi me zelauerunt in non deo, *hoc est, ad zelum prouocauerunt*'; *cf. Deut.* xxxii. 21, *et A. Souter*, '*Character and history of Pelagius' commentary*' *etc.* (*Proceedings of Brit. Acad.* vii, *p.* 3). **dominum** (deum Z*): domino *Ambr.* (*ps.* 36); + iesum *Ambrst.* nunquid W 𝔓. forciores P; + se P* (*sed expunctum*). > illo fortiores *Aug.* (i. 728). summus P. > sumus illo *Orig.* (*int.* ii. 656, *non autem* 655).

23. **omnia** *pr.*: + mihi BKLO^{c}VW(michi)Z^2 *vg. t Ambrst. Aug.* (i. 728; *non autem* vi. 395 *codd.*, viii. 130) *Sedul. cum gr.* ℵ^{c}C^{3}HKL. **licent**: linquent D *bis*; licita sunt *Aug.* (i. 728, vi. 395, viii. 130) *bis*. **sed** (set O^c) **non omnia expediunt omnia** (+ mihi O^c) **licent** *om.* F*O*(+O^c) *cum gr.* 17. 119. **omnia** *tert.*: *hic inc. uers.* 23 ℭ; + mihi BKLO^{1}VWZ^c *vg. t Ambrst. Aug.* (i. 728; *non autem* vi. 395 *codd.*, viii. 130) *Sedul.*, *et gr.* ℵ^{c}HKL *al. pler.* **aedificant** (edif. MOW) = οἰκοδομεῖ: *tantum* prosunt (*uel* pro salute) *Tert.* (*cast.* 8); *sed forsan ex* vi. 12. **om. lic. s. non om. aedif.** *om. f g cum gr.* FGP.

24. **quod suum est** (esst A*; *om.* L) = τὸ ἑαυτοῦ *plur.*: *libere Tert.* (*cult.* ii. 2) nolite uestra curare sed alterius, *et* τὰ ἑαυτοῦ A 47. **quaerat** (que. CMOPSW): quaerit *d e* **quod alterius** (τὸ τοῦ ἑτέρου): id quod alterius *Aug.* (vi. 395, viii. 130); + est *Aug.* (v. 427 *semel*).

25. **omne** (-nem F) **quod**: omnia quae D *canon. Hibern. Cassiod.* (*P. L.* lxix. 1054) *contra graecum.* macellum *c d e*. **uenit** (uaenit ϛ𝔖ℭ): ueniat *f*; ueniunt D *canon. Hibern.*, uenduntur *Cassiod.*; uenditur FL(-tus) *Hieron.* (ii. 351), uendit N* (dit *eras.*); uenit id est uenditur id est a uerbo ueneo *g*; *gr.* τὸ . . . πωλούμενον. **manducate** (mandac. U): edite *f g Ambrst.*, comedite *Cassiod.* nichil W. **interrogantes** (ἀνακρίνοντες): requirentes *Nouat.* (*de cib. iud.* 5); diiudicantes *Cassiod.*, discernentes *Ambrst.* (*cod. Corb.*), = διακρίνοντες P. constienciam Z*, conscienciam P, consconscientiam B.

26. *Ad init.* + in psalmo XXIII F^{mg}. **est**: est enim DL *Ambrst. Aug.* (v. 705) *Pel.*; > enim est *d e f Bentl. Aug.* (viii. 130); enim (*sine* **est**) *g*; *gr.* τοῦ Κυρίου γάρ. *Uerss.* 26, 27 *om.* (*per homoeotel.*) *Aug.* (i. 728).

27. siquis *uno ductu* ϛ; + autem *Aug.* (v. 705). **uocat uos**: > uos uocat MS, > uos uocauerit *Aug.* (v. 705, viii. 130, ix. 63); + aliquis *t*. **infidelium** (τῶν ἀπίστων): ex infidelibus DL *d e f g Ambrst. Aug.* = *forsan* ἐκ τῶν ἀπίστων; *deinde* + ad caenam (cen. LOW, coen. ϛ𝔖) BDF*KLNOW (> ad c. inf.)ϛ𝔖 *c d e f g Ambrst.*, *et* + εἰς δεῖπνον D*EFG. > uos uoc. infid. *cor. uat. mg.* **uultis** (uolueritis *f g Aug.*) **ire** (irae Z*): itis *Ambrst.*, ibitis *Sedul.*; + et *cor. uat.**. **omne** (-nem F*) **quod** = πᾶν τό: omnia quae *Aug.* = πάντα τά A *sah. cop.* **uobis**: ante uos *d e canon. Hibern.* **adponitur** (app. DHKVWZ *vg. Tisch.*) *plur.*, *cf.* ponitur *d e canon. Hibern.*, adpositum fuerit L *f g Ambrst.*: adponuntur *t Aug.*, *et* παρατιθέμενα A *sah. cop.* (παρατιθέμενον *rell.*); *praeterea* > adponitur (-atur O*) uobis O *Bentl.*, > apponuntur uobis *Aug.*, > adpositum fuerit uobis *f g*, > adpositum uobis fuerit *Ambrst.*, > ponitur ante uos *d e*, *et gr.* τὸ παρατιθέμενον (*uel* τὰ παρατιθέμενα) ὑμῖν. **manducate**: edite *f g Ambrst.* nichil W. **interrogantes** (ἀνακρίνοντες) *etiam Aug.* (ix. 63): discernentes *canon. Hibern.*, disquirentes *Ambrst.*, diiudicantes *Aug.* (v. 705, viii. 130), = *forsan* διακρίνοντες. **propter** (proter L) **conscientiam** (const. Z, conscienciam P): *om. Ambrst. Aug.* (ix. 63).

28. siquis *uno ductu* ϛ. **autem** + uobis *Bentl.** (*deinde deleuit*) *Aug.* (v. 705, viii. 130) *cum graecis* (*exc.* FG). > autem quis *g Publicola ap. Aug.* (ii. 108), *et* > uero aliquis *Ambrst.*, = *gr.* ἐὰν δέ τις. **dixerit**: *om. f*; + quod *Aug.* (v. 705), + quia *Aug.* (viii. 130). **hoc** *om. Aug.* (v. 705). **immolaticium** (-titium H^c, -cicium P) *codd. longe plur.* (*et* A^{c}H*Z*) *cor. uat.** *d e f g*, *et* immolatium A*Z^2: immolatum VW *vg.* '*moderni*' *ap. cor. uat. t* (ymolatum) *Aug.* (i. 728); sacrificatum D *canon. Hibern.*; idolothytum *Tert.* (*coron.* 10); *gr.* ἱερόθυτον ℵABH, εἰδωλόθυτον CDEFGKLP *etc.* **idolis** (idulis S *deinde ras.* 4 *litt.*, ydolis C): *om.* N*(+N^1) *Bentl. d e f Tert. Ambrst. Aug.* (v. 705, viii. 130) *Pel.*; ἱερόθυτον (εἰδωλόθυτον) *ergo red-*

Digitized by Google

nolite manducare propter
illum qui indicauit
et propter conscientiam
29 conscientiam autem dico
non tuam sed alterius
ut quid enim libertas mea
iudicatur ab alia conscientia?
30 si ego cum gratia participo
quid blasphemor pro eo
quod gratias ago?
31 Siue ergo manducatis
siue bibitis uel aliud quid facitis
omnia in gloriam dei facite
32 sine offensione estote
iudaeis et gentibus et ecclesiae dei
33 sicut et ego per omnia
omnibus placeo
non quaerens quod mihi

---

ditur immolaticium *uel* immolatum *simpliciter apud ueteres latinos*; *maluit* immolaticium idolis *Hieronymus*. > idolis est *g*. **nolite manducare** (μὴ ἐσθίετε): nolite edere uel ne edite *g*; non contigeris *Tert*. prop^{ter} *pr*. M. **illum** (illud Z*): eum *Sedul*. **indicauit** (uit *in ras*. G): indicat *Aug*. (i. 728); nuntiauit *d e canones Hibern*.; manducabit D*, iudicabit D^c; *gr*. τὸν μηνύσαντα. **et** *om*. *d e canones Hibern*. **propter illum qui indicauit et** *om*. *f g Pel*. *et gr*. FG. constientiam Z, consciencìam P.

29. conscienciam P. tua HM. **ut quid** (ἱνατί): quid *Ambr*. (*ep*. 37); quare *Aug*. (viii. 130). quidem V* (*pro* **quid enim**). **mea**: nostra D *Ambr*. **iudicatur** (κρίνεται); iudicetur O^c *Sedul*.; iudicabitur C *f*. > iudicatur liuertas mea *t*. **alia** (ἄλλης) *cum* ACGHΘMO*STUZ* *cod. caraf*. *f t Ambrst*. *Aug*. (i. 728, viii. 130), *et* aliena BK O^c(*in rasura scr*.; *quid fuerit non liquet*) VWZ^c *vg*. *c Sedul*.: infideli DF(-le)LN *d e g Cypr.App*. (*p*. 180 = *sing*. *cler*. 7) *Ambr*. *Pel*. *Sedul*. (*in comm*.), *et* ἀπίστου FG. consciencia PW.

30. **si**: + enim LN^{1}UWZ*(enimim *ut udtur*) *f cum gr*. 17. 47. **ego** (*partim in ras*. K): ergo DFΘ*O*S *t Ambrst*. *Sedul*.; *om*. Z*. **cum** (*om*. Z* *ut udtur*) **gratia** (-cia P) = χάριτι: gratia *d e g* (+ id est ablatiuus); gratiae *Cypr.App*. (*p*. 180 = *sing*. *cler*. 7) *Ambrst*. *Sedul*. **participo** (-pio P*S*T*; -patur *forsan* O*) = μετέχω: percipio *d e Pel*.; particeps sum *Ambrst*. **quid** (quōd Z*): ut quid *Cypr.App*. *Aug*. (viii. 130); quur P; + adhuc D *Sedul*. blasfemor DST, blasphemur LP, blasphaemur Z*, plasphemor K; blasfemo *t*. **pro eo quod** (ὑπὲρ οὗ): pro quo *d e g Ambrst*. *Aug*. (i. 728, viii. 130); + ego *d e g Ambrst*. *cum graeco*. gracias PW. bene gratulor uel gratias ago *g*.

31. **siue** *pr*.: si uero *d e*. **ergo** (οὖν): igitur *Ambrst*. *Aug*. (viii. 130); enim *Cassiod*. (*P. L*. lxx. 868); *om*. *m Orig*. (*int*. ii. 75, iv 670) *Ambr*. (*luc*. *l*. ii. 84) *Hieron*. (i. 947, 1028, iii. 462, iv. 803) *Aug*. (x. 249, *citans Ambrosium*). **manducatis** (-cetis O*): editis *Ambrst*., comeditis *Hieron*. (i. 947, iv. 803). bibetis DH^{c}LZ*, bibatis S, pibatis O*. **uel** (*et*. *Aug*. i. 728): siue DG*HΘO^{2}Z*𝔓𝔖ℭ *d e g m Orig*. (*int*) *Cypr. App*. (*p*. 181 = *sing*. *cler*. 7) *Ambrst*. *Hil*. (*ps*. 1) *Hieron*. (i. 947, 1028, iii. 462) *Aug*. (viii. 130) *Cassiod*. **aliud** (-ut AC) **quid** (quod *t*): aliquid DP* *d e g m Cypr.App*. *Hieron*. (iii. 462) *Pel*.; aliud aliquid S (ℭ *ed*. 1598) *Cassiod*.; aliud *Hil*.; quid *Ambrst*. *Hieron*. (i. 947); quodcumque *Aug*. (viii. 130); *gr*. τι. facites Z*; faciatis DOS *g*; agitis *Hil*. *Hieron*. (i. 947, 1028). > fac. aliquid *g m cum gr*. DEFG. **uel al. q. facitis** *om*. *Ambr*. *Hieron*. (iv. 803) *Aug*. (x. 249, *citans Ambrosium*). **in** (ad *Orig*. *int*. iv. 670) **gloriam** (gloria A^{c}FGLMN *t Ambr*.): *om*. V; in nomine *Hieron*. (iii. 462) *ex Col*. iii. 17. **dei**: domini *Hieron*. (iii. 462). > dei gloriam K *Aug*. (x. 249, *citans Ambrosium*; *non autem Ambr*. *luc*. *l*. ii. 84). **facite**: facitis P* (-tes P^1) *d e*; agite *Hieron*. (i. 1028); facientes *Hieron*. (i. 947); *om*. *f g m Ambrst*. *Hil*. *cum gr*. FG. > facite dei F; *deinde* + in nomine domini nostri iesu christi *Ambr*. (*luc*. *l*. ii. 84; *cf*. *uid*. 7) *ex Col*. iii. 17. *Libere* > omnia quaecumque facietis in gloriam dei siue cum manducatis siue cum bibitis siue cum aliud agitis *Hil*.

32. **sine** (siue O*) **offensione** (offendiculo *Hieron*. vii. 407) **estote** = ἀπρόσκοποι γίνεσθε ℵ^{c}DEFGKLP *al*. *pler*. (ℵ*ABC *min*., *uide infra*): > estote sine scandalo *Cypr.App*. (*p*. 181 = *sing*. *cler*. 7); *deinde* + et *Bentl*. *d e Orig*. (*int*. iv. 669) *cum gr*. καὶ Ἰουδαίοις *plur*., Ἰουδαίοις τε FG. iudeis CDMP^1(-os P*)SW; iudaei sed H (*pro* **iudaeis et**). > ἀπρόσκ. καὶ Ἰουδαίοις γίνεσθε ℵ^{c}ABC *min*. **gentibus** *codd*. *plur*. (-tebus P) *vg*. *c f Hieron*. (vii. 384), *et* gentilibus FGHΘ^{c}KN^{c}VZ^c *Bentl*.: graecis *d e g Orig*. *Cypr.App*. *Ambrst*. *Hil*. (*ps*. 52) *Aug*. (i. 728, ii. 736, v. 254, vi. 485) *Pel*., *et gr*. Ἕλλησιν. **et gentibus** *om*. *Hieron*. (vii. 407). > iud. et graecis estote *Hil*. **et** *sec*. *om*. M. eclesiae CM, aegl. T, aecl. S, aeccl. LNZ, aeclessiae D, ecclesie W, eclesie P. *Libere uersum citat* placete omnibus per omnia *Aug*. (ii. 840, iii. 2. 201, v. 319, 320, vi. 385).

33. *Ad init*. + et *g*. **sicut**: quemadmodum *Tert*. (*idol*. 14); quomodo *Hieron*. (vii. 407). **et** *om*. H *Tert*. *Ambrst*. *Hieron*. (i. 1099). **ego**: eo V*. **per omnia omnibus** *codd*. *plur*. *vg*. *c t*

Digitized by Google

utile est
sed quod multis ut salui fiant.
XI. 1 Imitatores mei estote
sicut et ego christi
2 laudo autem uos fratres quod omnia
mei memores estis
et sicut tradidi uobis
praecepta mea tenetis.
3 Uolo autem uos scire quod
omnis uiri caput christus est
caput autem mulieris uir
caput uero christi deus.
4 Omnis uir orans aut prophetans uelato
capite
deturpat caput suum
5 omnis autem mulier orans
aut prophetans non
uelato capite
deturpat caput suum
unum est enim atque
si decaluetur.
6 nam si non uelatur mulier

Ambrst. (*ad Rom.* xv. 2), *et* omnia omnibus *Hil.* (*ps.* 52), omnia in omnibus *Hil.* (*ps.* 61) = *πάντα πᾶσιν gr. plur.*: > omnibus per (+ uel secundum *g*) omnia DOP *d e f g Tert. Orig.* (*int.* iv. 667, 671) *Cypr.* (*ep.* 55) *Pacian.* (*ep.* 2) *Ambrst.* (*ad hunc loc.*) *Hieron.* (vii. 384, 407) *Aug.* (*semper*), *et πᾶσιν κατὰ πάντα* FG, *πᾶσιν πάντα* DE. > omnibus pla. per omnia *Sedul.* **non** *in ras.* V. querens A*CLMOPSTWZ*. **quod** *pr.*: quid *Sedul.* **mihi** (michi W): meum *Hil.* (*ps.* 52); mihi uel meum *g.* **utile** (hutile C, utill H*) **est** (sit *Pacian. Orig. int.* iv. 667, *non autem* 671): > est utile *Cypr.*; utile (*sine* **est**) *Aug.* (ii. 833); prodest *Aug.* (iii. 2. 945, v. 254, 709); *gr. τὸ ἐμαυτοῦ σύμφερον.* se^{d} S. **multis** (-ti S): multorum (*et* + est) *Hil.* (*ps.* 52). hut C. multi sui H* (*pro* **multis ut**). **salui** (-bi C) **fiant**: saluentur *Cypr. Pacian. Hil.* (*ps.* 52) *Hieron.*

XI. 1. **imitatores** (emit. D) = *μιμηταί*: emulatores S. **estote** + fratres *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1336). > estote mei CS*. **sicut**: secuti G. **et** *om.* F *Orig.* (*int.* ii. 696) *Hieron.* (vi. 507). cristi T, christii M; christo *t.*

2. **omnia** *cum* AF*G*HΘ* *d e g Ambrst. et gr. πάντα*: in omnia C (homnia) N*T *t*; per omnia BDF^{c}G^{1}Θ^{c}KLMN^{c}OPSUVWZ *vg. Bentl. c f.* **mei**: mea *d e Ambrst. Pel.*; + fecistis *d**. meimores (*pro* **mei memores**) *lapsu* P. **memores estis** (*μέμνησθε*): memoria tenetis *d e Ambrst.* (retinetis); memoramini *g.* **sicut**: quomodo *Ambrst.*; + ubique *d f*^{c} (*super* F^{gr} *scr.*) *g Ambrst.*, *et gr.* FG. **tradidi** (-dedi Z*, -dididi S*) = *παρέδωκα*: trado *Ambrst.* **uobis** *om. g Ambrst. cum gr.* FG. **praecepta** (pre. BLMO*PSW) **mea**: traditiones meas *g Ambrst.*, traditionem meam *d e*; **mea** *om. uoluit Bentl.** (*cum graecis, exc.* D*FG), *deinde restituit.* retinetis *g.*

3. u^{o}lo P. **autem** *pr. om. g Ambrst. cum gr.* FG. **quod**: quia *d e g Ambrst.* omnes PZ*. **uiri**: uir GZ^{c}. **omnis uiri** *arctius in ras. scr.* O. capud *pr.* L*MP; capu^{t} Z. > caput uiri *Patres saepius* (*ad init. sententiae*); *uide et infra.* **christus**: christi M *d.* **est**: *om.* S *Zeno* (ii. 13) *Priscill.* (*p.* 79 *ed. Schepss*); sit *Hieron.* (i. 1043). capud *sec.* L*P. **autem** *sec.* + christi *g cum gr.* G*. mulieri S*. **uir** + eius O*. > caput mulieris uir caput (+ autem *Ambr. hel. et iei.*; *ps.* 118; *Hieron.*) uiri christus *Ambr.* (*patriar.* 11; *hel. et iei.* 10; *ps.* 118 *sameck*) *Hieron.* (vii. 718) *Aug.* (i. 762; *cf.* iii. 1. 95, iii. 2. 217, 413, 416, iv. 11, viii. 850). capud *tert.* CL*PW. **uero**: autem *g Ambrst. Ambr.* (*luc. l.* vi. 14; *fid.* iv. 3) *Aug.* (i. 762 *etc.*) *Priscill.*; enim *Tert.* (*Prax.* 14) *Ambr.* (*luc. l.* vii. 32, x. 115). **christi**: christus M. **deus**: + est *Ambr.* (*luc. l.* vi. 14, vii. 32).

4. horans C. **orans . . . mulier** (*u.* 5) *om.* W. **aut**: uel *Pel.* profetans DST. **uelato** (-te Z*) **capite**: uelatum caput habens *g*, supra caput habens uelamen D, *et gr. κατὰ κεφαλῆς ἔχων.* **deturpat** (-bat MO*; -pet D; duturpat P*) = *καταισχύνει*: confundit *Aug.* (vi. 501). capud CLP. **suum**: + unum est enim ut si decaluetur B (*et om. ad u.* 5; *uide infra*).

5. **autem** *om.* S *Tert.* (*orat.* 22). **omnis autem m** *in ras. scr.* A; **omn. au. mulier** *in ras. scr.* O. **orans** (horans C): adorans *Tert.* **aut**: uel *d g*; et *Tert.* **prophetans** (prof. DS): prophetizans *d e.* **non uelato capite**: intecto capite *Tert.*; *gr. ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ.* **deturpat** (-peat D, -bat MO*) = *καταισχύνει*: deturpat uel dehonestat *g*; dedecorat *Tert.*; confundit *Ambrst.* capud CLP. **suum** *om.* S. **est enim**: > enim est *vg. g et edd. antt. Sacon* 1515, *Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534 *cum ordine graeco*; *deinde* + et ipsum *d e Bentl. Ambrst.*, *et* + *καὶ τὸ αὐτό graec.* **atque** AGΘKLN*O^{2}SVZ^{1} *g*, adque F^{1}HMPZ* *d e*: ac C(hac)DF*(*et* F^{2})N^{c}O*TUWZ^{2} *vg.* (acsi *uno uerbo* ϛ) *Bentl. c f*; ut B (*ad u.* 4) *Ambrst.*; + id ipsum Z* *g* (*cf. d e supra*). **si** *om.* Θ* *d e Ambrst.* decaluata sit *d e g.* **unum . . . decaluetur** *om. hic* B (*uide supra ad u.* 4).

6. **nam si**: nam et si ϛ; si enim *d e g Hieron.* (v. 549); si autem W *Ambrst.* ueletur O^{c}. **mulier** *om.* U. **et** *om.* LO* *vg. c Ambrst. Hieron.* (*sed uide infra*), *non autem gr.* tundeatur G; attondeatur *Hieron.* (*forsan pro* **et tond.**). **si**

Digitized by Google

et tondeatur
si uero turpe est mulieri
tonderi aut decaluari
uelet caput suum
7 uir quidem non debet uelare
caput quoniam imago
et gloria est dei
mulier autem gloria uiri est
8 non enim uir ex muliere est
sed mulier ex uiro
9 etenim non est creatus uir
propter mulierem
sed mulier propter uirum
10 ideo debet mulier potestatem
habere supra caput
propter angelos
11 uerum tamen neque uir
sine muliere
neque mulier sine uiro in domino
12 nam sicut mulier de uiro
ita et uir per mulierem
omnia autem ex deo
13 uos ipsi iudicate
decet mulierem non uelatam

---

uero: quod si *d e*; si (sin *Hieron.*) autem *Ambrst. Hieron.* turbe M. > mul. tur. est *Tert.* (*orat.* 22; *uirg. uel.* 7). **tonderi** (tund. GZ*; tondere DO*P^c; i *euanuit in* C) = κείρασθαι: *om.* P*. **aut**: uel *g*. **decaluari**: radi *Tert.* (*orat.* 22, *cf.* radi siue tonderi *uirg. uel.* 7, 8) *Hieron.*; *gr.* ξυρᾶσθαι. **uelet** (uel *tantum* M) **caput** (-ud CL) **suum** (*in ras. scr.* O^2; *om. g Ambrst. Quaestt. U. et N. T.* 21) = κατακαλυπτέσθω: uelet caput uel uelet se *g*; ueletur (*Bentl.*); operiatur *Hieron.*, *cf.* conuenit operiri *Tert.* (*uirg. uel.* 7).

7. **quidem**: enim *d e Tert.* (*Marc.* v. 8) *Ambrst.* (*hic*; *non ad Col.* iii. 11) *Hieron.* (v. 549); *gr.* μὲν γάρ. **uelare**: uelari Z* *Bentl. Tert.* (*Marc.* v. 8); operiri *Hieron.*; *gr.* κατακαλύπτεσθαι. **caput** (capud CL) *sine addit. cum codd. plur. cod. caraf. d e g Bentl. et gr.* τὴν κεφαλήν: + suum DH$Θ^c$O*P^cSZ* *vg. cor. uat.* *c f Aug.* (viii. 976). > caput uelari *Tert.* (*Marc.* v. 8). **uir . . . caput** (suum) *om.* P*. **quoniam**: quia *c Aug.* (viii. 919) *Quaestt. U. et N. T.* 106; cum *d e Tert.* (*Marc.* v. 8) *Ambrst.* (*bis*) *Hieron. Quaestt.* 21 *Aug.* (i. 39, 682, iii. 1. 114, 295, v. 1070, viii. 116, 864, 917, 976). ymago C. glori‖a A. **et gloria** *om. Tert.* (*Marc.* v. 8). **est** *pr.*: *om.* L *g*; sit *d e Tert. Ambrst. Hieron. Quaestt.* 21 *Aug.* (*fere semper*). > imago est et glo. FMN *Aug.* (viii. 919) *Sedul.*; > sit imago et glo. *Ambrst. Hieron. Quaestt.* 21 *Aug.* (*fere semper*). **dei**: christi O. > dei est *vg. cor. uat. f Quaestt* 106, > dei sit *d e*; > sit dei imago *Tert.* (*Marc.* v. 8), > gloria et imago dei sit *Tert.* (*uirg. uel.* 8); *gr.* εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ ὑπάρχων; *deinde* + a principio uel per initium non est in latino interpretatum *g*, *graec.* ὑπάρχων *male uertens*. **est** *sec. om. Aug.* (v. 1071, viii. 116). > est uiri GMOSW *c*.

8. **uir** (uiri A*): *om.* D. **ex** *pr.* (+ m W*): de *d e*; *gr.* ἐκ. mulieri Z*. **est** *om. Aug.* (i. 682). > est uir ex (de *d e*) muliere P *d e g Orig.* (*int.* iv. 546) *cum ordine graeco*; > est enim uir ex mul. *Ambrst.* **ex uiro** (ἐξ ἀνδρός): propter uirum *d e*, *ex u.* 9; *cf.* ex uiro et propter uirum *Tert.* (*Marc.* v. 8; *uirg. uel.* 7); *deinde* + id est costa *g*.

9. **-enim . . . uir** *in ras. scr.* U. > creatus est *Hieron.* (vi. 518) *Aug.* (i. 682). **uir**: homo *Iulianus ap. Aug.* (x. 1343). proter *sec.* L.

10. **ideo**: propter hoc *d e*; propterea *Ambrst. Aug.* (i. 682); propterea uel ideo *g*. **debet** (-bit P) **mulier**: *om.* **mulier** S; > mulier debet O *Hieron.* (v. 549); *libere* oportere mulierem *Iren.* (*Mass. p.* 37). **potestatem** (ἐξουσίαν): uelamen NO^cPWZ^4ϛ𝔖 *c Iren. Hieron. Aug.*, *et* κάλυμμα *Iren. gr.*; uelamen et potestatem *Orig.* (*int.* iii. 54). > habere potestatem O*; > habere uelamen mulier *Aug.* **supra caput** (-ud LP) = ἐπὶ τῆς κεφαλῆς: super caput C(capud)TZ* *Bentl. f g Tert.* (*Marc.* v. 8; *uirg. uel.* 7) *Orig.* (*int.*) *Hieron. Aug.*; in capite *Iren.*; *deinde* + suum FTZ* *cor. uat.* * (*non autem Lucas Brug.*); + et W; + suum et ϛ𝔖; + etiam *Ambrst.* > mul. pot. hab. super ca. debet *Tert.* (*uirg. uel.* 7), > mul. pot. super cap. hab. debebit *Tert.* (*Marc.* v. 8). hangelos C, anguelos D.

11. **uerumtamen** (*uno uerbo*) 𝔖ℭ,ueruntamen ϛ𝔓, uerumptamen W. **neque** *pr.*: neqi P. **sine** *pr. in ras.* T. **muliere**: mulierem M. **uiro**: mulierē Z*. > mulier sine uiro neque uir sine muliere *Bentl. d e f g Cypr.App.* (p. 188 = *sing. cler.* 13) *Ambrst. Aug.* (i. 682, viii. 114, 432) *cum gr. plur.* (*non autem* D^bKL *al. pler.*).

12. **nam sicut** (sicuti C) *et. Iulian.* (*ap. Aug.* x. 1089): sicut enim *Orig.* (*int.* iv. 518, 519, 546) *Aug.* (i. 682, viii. 114, 432, x. 351, 1071). **de uiro**: ex uiro D *d e Orig.* (*int. ter*) *Hieron.* (*uide infra*) *Aug. Iulian.*; *gr.* ἐκ τοῦ ἀνδρός; *deinde* + est D. **ita**: sic *Orig.* (*int.* iv. 518). **et** *om.* O^c. **per** (propter *c**) **mulierem** (-re F^c) *etiam* D^c = διὰ τῆς γυναικός: ex mulierem D*, *cf.* ἐκ τῆς γυναικός K f^{scr}; *deinde* + est D. > per mul. uir CT. homnia C; omni O. *Libere* mulier enim ex uiro uir uero per mul. *Hieron.* (vii. 728).

13. **uos ipsi** *codd. plur. vg.* (*uno uerbo* ϛ𝔓𝔖)

Digitized by Google

orare deum?
14 nec ipsa natura docet uos
quod uir quidem si comam
nutriat ignominia est illi
15 mulier uero si comam
nutriat gloria est illi
quoniam capilli pro uelamine
ei dati sunt
16 si quis autem uidetur
contentiosus esse
nos talem consuetudinem
non habemus
neque ecclesiae dei
17 hoc autem praecipio
non laudans
quod non in melius
sed in deterius conuenitis.
18 Primum quidem conuenientibus
uobis in ecclesia
audio scissuras esse
et ex parte credo
19 nam oportet et hereses esse

---

c d e f = ὑμεῖς αὐτοί DE, *cf.* uos autem A: in uobis ipsis CF^{c}(*uide infra*)ΘT *Tisch.*, *et* inter uos ipsos *g* = ἐν ὑμῖν αὐτοῖς *gr. plur.*; in . . . ipsi F^{1}; F* *legi non potest. Coniungit* homnia autem ex deo in uobis ipsis iudicate C. decetne *Ambrst.* horare C. **deum** *om.* HΘ*.

14. **nec**: nonne autem *g*. **ipsa** *om. Tert.* (*cor.* 6), *et om.* αὐτή FG. > uos docet CFMN *Tert.* **quod**: quoniam FLN *Ambr.* (*ep.* 31); quia *d e g Ambrst.* **uir quidem** (quidam K) **si**: > si uir (*om.* quidem) *Ambr.* (*ep.* 31). **comam nutriat** (-et O) = κομᾷ: comam habeat D *Ambr.* (*off. min.* i. 46; *Noe* 7; *codd. plur. ad ep.* 69), c. habuerit *Ambrst.*, c. nutriat uel habeat *g*; comatus sit *Aug.* (vi. 501). ignomia B. > illi est *g cum ordine graeco.*

15. **uero** (uiro A): autem DO^{s}SW *d e f g Ambrst.*; *om.* LO*. **comam nutriat** (-et O) = κομᾷ: comam habeat D, comam habuerit *Ambrst.*; capillos habeat *Ambr.* (*Noe* 7; *off. min.* i. 46; *ep.* 69). **mulier . . . illi** *om.* C. > illi est *g cum ordine graeco.* **quoniam**: quia *d e g Pel.*; + quidem D *Ambr.* (*ep.* 69). **capilli** (*arcte in ras. scr.* G): coma *d e g Tert.* (*uirg. uel.* 7) *Ambrst. Aug.* (v. 1445), *et gr.* ἡ κόμη. **pro uelamine** (-ni Z*) = ἀντὶ περιβολαίου: propter uelamen F (-ine*); pro operimento *Tert.*; uelamentum *Aug.* **ei dati** (-ta O*; -te P*) **sunt** = αὐτῇ δέδοται CHP *min.*: > data est ei *g Ambrst.* = δέδοται αὐτῇ ℵAB 17 *al.*; ei sunt *Ambr.* (*ep.* 69 *codd. plur.*); est *tantum d e Tert. Aug.*, *et* δέδοται *tantum* DEFGKL *etc.* > pro uelamine ei dati sunt capilli W.

16. **autem** *om. Tert.* (*pudic.* 14; *uirg. uel.* 8) *Aug.* (vi. 500). > autem quis *g*. **uidetur contentiosus** (-tiossus D, -ciosus P, -siosus S) **esse** = δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι: putauerit cont. esse *Cypr.* (*ep.* 73; *cf. Aug.* ix. 128, 152); uult cont. esse *Aug.* (vi. 501); putat se contentiosum esse *Aug.* (ix. 524); contentiosus uidetur *Tert.* (*pudic.* 14); contentiosus est *Tert.* (*uirg. uel.* 8) *Ambr.* (*fid.* v *prol.*). **nos**: non Z*. consuitudinem D. **non** *om.* C*. **neque** (e *pr. ex* q P): + et M*. **ecclesiae** *cum* AF^{c}G *Bentl. d e Orig.* (*int.* iii. 69), ecclaesiae O*, eclesiae K, aeclesiae C, aecclesiae L *g*, aeclessiae D, *et graec. omn.* αἱ ἐκκλησίαι: ecclesia BF*HΘUVWZ *vg.* (Ecclesia 𝔖ℭ) *cor. uat. f*, eclesia MP, aeclesia ST, aecclesia N *c*, ecclaesia O^{c}; *Patres latini paene omn. singularem* ecclesia *usurpant*, *cf. Tert. Cypr. Pacian.* (*epp.* 1 *et* 2) *Ambrst. Ambr. Hieron.* (iv. 723, vii. 15, 534) *Aug. Pel.* **dei**: domini *Tert.* (*pudic.* 14).

17. **praecipio** (pre. MOSW, preciipio P) **non** (con T* *ut sit* conlaudans) **laudans** (ns *in ras.* Θ) = παραγγέλλω οὐκ ἐπαινῶν AC*FG *min.*: praecipiens non laudo D *d e Sedul.*, precipiens uel annuntians non laudo *g* = παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ ℵC$^{3\,uid}$ D^{c}EFGKLP *al. pler.* *Disting.* praecipio: non laudans quod *vg.* **quod**: quoniam L; quia *Cypr.App.* (*p.* 64 = *Auct. ad Nouat.* 14). set L. **deterius** (terius O*): peius *Cypr.App.* **conuenitis** (iti *in ras.* H) = συνέρχεσθε: conuenistis T^{c}, uenistis CT* *Cypr.App.*; profici^{scl}tis P.

18. **quidem**: enim *Ambrst.* uenientibus *f.* **in ecclesia** (ἐν ἐκκλησίᾳ *plur.*, ἐν τῇ ἐκκλ. *min. sat. mul.*) *cum* ABF*HΘ*KLOU^{c}VZ^{c} *d e f g*, in eclesia MP, in aeclesia CST, in aecclesia NU*Z*, in aeclessia D: in ecclesiam F^{c}GΘ^{c}Wς𝔐, in aecclesiam *c*, in Ecclesiam 𝔖ℭ. audeo Z*. **scissuras** (scisuras ST) *codd. plur. vg. c e Aug.* (v. 1443), scissurae *d*: scismata F*LNO* *f*, schismata F^{c} *g Aug.* (v. 1093), scisma D; dissensiones *Ambrst.*; *gr.* σχίσματα. **esse** (*sine addit.*) *codd. paene omn.*, *et* fieri D, *contra graecum*: + inter uos *vg. d e f*, + in uobis *g*, *cum gr.* ὑπάρχειν ἐν ὑμῖν D*EFG; > inter uos esse L^{2}, *et* ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν *gr. plur.*; > in uobis sc. esse *Aug.* **et** *om.* L. **ex parte**: ex parte aliqua Z* *Bentl. d e g*, *et gr.* μέρος τι; partim *Ambrst.*

19. **nam oportet** (hop. C) *etiam Aug.* (i. 681): oportet enim *d e g Ambrst. Hieron.* (v. 188, 450, vii. 736) *Aug.* (iv. 37, v. 288) *Sedul.*, oportebat enim *Tert.* (*praescr.* 30; *cf.* 4) = δεῖ γάρ; *om.* nam *Cypr.* (*test.* iii. 93; *unit.* 10) *Hieron.* (v. 460) *Aug.* (*saepius*). **et** *pr.* (καί *omnes*) *cum*

Digitized by Google

ut et qui probati sunt manifesti
fiant in uobis
20 conuenientibus ergo
uobis in unum
iam non est dominicam
caenam manducare
21 unusquisque enim suam
caenam praesumit
ad manducandum
et alius quidem esurit
alius autem ebrius est
22 numquid domos non habetis
ad manducandum
et bibendum?
aut ecclesiam dei contemnitis
et confunditis eos
qui non habent?
quid dicam uobis? laudo uos?
in hoc non laudo.
23 Ego enim accepi a domino
quod et tradidi uobis
quoniam dominus iesus in qua

ABGH*ΘKLMUVWZ^{c}𝔓𝔖ℭ *uett. Cypr. Ambrst. Hieron.* (v. 188, 460, vii. 736) *Aug.* (*saepius*), *et* etiam *Aug.* (i. 681): *om.* CDFH^{c}NOPSTZ*ϛ *Tert.* (*praescr.* 30) *Hieron.* (v. 450) *Aug.* (i. 645, 698, 753, ii. 895, viii. 578) *Sedul.*; *deinde* + multas *Aug.* (i. 753, *et codd. ad* 645, 698). **hereses** (er. C, haer. *vg. Tisch.*; heresses D, heresis F; es *sec. arcte scr.* P) *sine addit. cum gr.* D*FG: + in uobis L^2 *Hieron.* (vii. 736) *cum gr. plur.* **esse** (es *sup. lin.* T, e *pr. in ras.* H): + inter uos V^c *cum gr.* D^{c}E; *deinde* + ÷ Non quod hereses dō placent sed quod per eas fideles exercitati· ÷ sicut dō noti sunt ÷ ita etiam hominibus manifestentur., Nam unde aduocati peritia apparebit⁚ si causam nullam dicit ubi probetur ⁝ U (*haec omnia in textu manu prima scr.*; *obelos interposuit* U^1 *et priora uerba sc.* non quod . . . placent *perlineauit*). hut C. **et** *sec.* = *καί* BD* 37. 71: *om.* CFH *Bentl.** (*sed secundis curis correxit*) *f g Tert.* (*praescr.* 4) *Cypr.* (*test.* iii. 93 *codd.* WLMB; *unit.* 10) *Hieron. Aug. et gr. plur.* > et qui ut T. **qui** (quid P*) **probati sunt** (*οἱ δόκιμοι*): probati C *d e f g Cypr.* (*test.* iii. 93 *codd.* WLMB; *unit.* 10) *Ambrst.* (*in comm.*) *Aug.*; probati quique *Hieron.*, probabiles quique *Tert.* (*praescr.* 4; *anim.* 3; *res.* 63). **manifesti** (*om.* mani P*) **fiant** (*φανεροὶ γένωνται*): manifesti sint *Cypr.* (*test.* iii. 93 *codd.* WLMB; *unit.* 10); manifestarentur *Tert.* (*praescr.* 4; *res.* 63). **in** (i *ex* u A) **uobis** (*ἐν ὑμῖν plur.*) *etiam Aug.* (iv. 685, viii. 578, x. 224): inter uos *d e Ambrst. Aug.* (*saepius*); *om. Hieron.* (v. 188, 450, 460, vii. 736) *cum gr.* C.

20. **conuenientibus ergo** (igitur *Ambrst.*) = *συνερχομένων οὖν plur.*: *om.* **ergo** L *d e g cum gr.* D*FG; primum quidem conuenientibus D. in id ipsum uel in unum *g*; *gr. ἐπὶ τὸ αὐτό.* **iam** *om. d e Aug.* (ii. 50, 126); *gr. plur. οὐκ ἔστιν, sed* D* FG *οὐκ ἔτι.* **non** *om.* M. **est** *om.* D *d e g*, *cf. gr.* D*FG *supra.* **caenam** (*cf. Uol.* I, *p.* 747) *cum* CDFGHΘKLMSUVZ^c: cenam ABNOPTWZ*, coenam *vg. edd. Uiuian et Iunta* 1534 (*antiquiores edd. semper* cenam); + hoc est cena dn̄i A^{post}. **manducare** (mandure P): celebrare *Aug.* (ii. 50).

21. **enim** + uestrum *Ambrst.* **suam**: propriam *Ambrst. Aug.* (ii. 50); *gr. τὸ ἴδιον* [*δεῖπνον*]. **caenam** CDFGHΘKMSUVZ: cenam ABLNOPT W, coenam *vg.*, *cf. ad u.* 20. presumit BMPSW, praesummit Z^c, praesummat Z*; + *ras.* 2 *litt.* L. **ad** (in *g*) **manducandum** = *εἰς τὸ φαγεῖν* 3. 17: in manducando *d Ambrst. Aug.*, *et ἐν τῷ φαγεῖν gr. plur.*, *ἐπὶ τῷ φ.* DEFG. **et** *om.* HΘ. **quidem**: quem S*. hesurit C, ess. DS. **alius autem** (*ὃς δέ*): *om.* P*; alius quidem O; et alius *Ambrst.*; alius *tantum Aug.* **ebrius** (hebr. CT, aebr. Θ): ebriosus PS^1. **est**: + uel tur *g*; + manducando et bibendo *Aug.* (ii. 50).

22. **numquid** (nunq. Wϛ𝔓): + non V. **domos** (-us DPSV^{1}Z*): *sup. lin. scr.* M. habeatus *ut udtur* G* (*corr.* G^1). **ad manducandum** (edendum *Ambrst.*) **et bibendum** (et bib. *bis scr.* W) = *εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν plur.*: manducare et bibere *g* = *φαγεῖν καὶ πεῖν* FG; ut manducetis et bibatis D. **aut**: an *Aug.* (ii. 50, iii. 1. 516). eclesiam MOP, egl. T, aecl. CS, aeccl. LN, occl. Z*, aeclessiam D, Ecclesiam 𝔖ℭ. contempnitis BD ΘKLOSUVWZ. **confunditis** (-etis B*P) = *καταισχύνετε*: contemnitis C* (contemditis C^c); *inceperat* conde A* *sed inter scribendum correxit.* **eos** (s *sup. lin.* P) **q. n. habent**: non habentes *d e Ambrst.*; qui non habetis uel non habentes *g*. **quid**: qui Z*. dicant C*. **laudo** *pr.* = *ἐπαινῶ* BFG: laudabo SZ* *cor. uat.** *Bentl.** (*sed secundis curis correxit*) = *ἐπαινέσω gr. plur.* **hoc** *corr. in* huc V. **laudo** *sec.* (*ἐπαινῶ non fluctuat*): laudabo S *cor. uat.**. *Distinguunt* laudo uos in hoc non l. ADHKNOTUWZ𝔖ℭ *edd. antt. c e g*: *contra* laudo uos in hoc non l. CSϛ𝔓 *cor. uat. Bentl. d f*; *dubii sunt codd. rell. quantum scimus.*

23. **enim**: autem CD. accipi DNO*PS. **domino**: deo *d** (*corr. d*^{1}) *g cum gr.* FG. **et** *om.* M*. **quoniam**: quia O^c *d g*; quod O*. **dominus**: deus W; + noster A^{c}BKLP (*in ras. scr.*) VZ^c '*glossa*' *ap. cor. uat.* **in qua nocte** = *ἐν ᾗ νυκτί* D*FG: *gr. plur. ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ*, *et* ea nocte qua *capitula codd.* CHΘTU (*supra p.* 166), *Maxim. ap. Aug.* (viii. 668) *Auct. promiss.* (iii. 18).

Digitized by Google

nocte tradebatur
accepit panem [24] et gratias
agens fregit et dixit
hoc est corpus meum
quod pro uobis tradetur
hoc facite in meam commemorationem
[25] similiter et calicem postquam caenauit
dicens
hic calix nouum testamentum
est in meo sanguine
hoc facite quotienscumque
bibetis in meam commemorationem
[26] quotienscumque enim
manducabitis panem hunc
et calicem bibetis
mortem domini adnuntiatis
donec ueniat.
[27] Itaque quicumque manducauerit
panem
uel biberit calicem domini

---

tradedebatur B; ebatur *sup. lin.* P. accipit DS; accipiens P.

IIII. Quod manibus suis hoperatus sit hut formam ceteris daret . quia si quis non hoperatur nec manducet . Et suum panem cum silentio manducent . Et si quis non oboedit notetur . non quasi inimicus existimandus (iii. 8, 9, 10, 12, 14, 15).	IIII. De eo qui non est obaudiens verbo nostro . nolite ei commisceri (iii. 14).	Qui non uult operari, non manducet (iii. 10). Qui non est obediens uerbo nostro, nolite commisceri ei, ut reuerentiam habeat, non ut inimicus fiat (iii. 14, 15).	V. De labore et fatigatione, quam die noctuque, ut panem possit manducare, sustinebat (iii. 8). VI. De ociosis ne manducet amphibola commonitio (iii. 11, 12).	[X. *Deest in cod. Cau.; conicit autem Schepss ad* iii. 14.]

Notae ad codd. CHΘTU. I. laudans HΘ. **deo**: *om.* T. **patienter**: *om.* T. sustinuerint T. **malorum**: *om.* T. **poenas** (penes T): pugnas U. dabant T. surrexit Θ*. **quum . . . sanctis**: *om.* T. II. rogat HΘTU. **eos**: *om.* U. instruet U. III. **ut** *pr.*: et H; ui U. **didicerunt**: debuerunt H. **et** *pr.*: *om.* T. liberenter U*, liberentur U^c^. manet H. abstinent H. inordinato H. IIII. **et** *sec.*: *om.* HΘ.

Subscr. expliciunt capitula ABKZ *Orat.* B. 7; expliciunt capitulae N; explicit capitula O; explēt captl V; expl. cap. R; expliciunt tituli S; exp· breb· F; exp. *tantum* M; *nihil habent* CHΘTU.

Digitized by Google

ELENCHUS CODICUM NOSTRORUM IN EPISTULA AD THESSALONICENSES SECUNDA.

1. A. Cod. *Amiatinus* s. VII ex. uel VIII in. = A Euang. (uide uol. I, p. xi).
2. B. Cod. *Bambergensis* s. IX (uide I, p. 674); contulit H. J. W.
3. C. Cod. *Cauensis* s. forsan IX = C Euang. (cf. I, p. xi); contulit J. S.
4. D. Cod. *Ardmachanus* s. IX in. = D Euang. (cf. supra p. 292, et I, p. xi).
5. F. Cod. *Fuldensis* s. VI = F Euang. (cf. I, p. xii).
6. G. Cod. *Sangermanensis* s. IX = G et g_1 Euang. (cf. I, p. xii); contulit H. J. W.
7. H. Cod. *Hubertianus* s. IX–X = H Euang. (cf. I, p. xii); contulit H. J. W.
8. Θ. Cod. *Theodulfianus* s. IX = Θ Euang. (cf. I, p. xii); contulit H. J. W.
9. K. Cod. *Karolinus* s. IX = K Euang. (cf. I, p. xii); contulit H. J. W.
10. L. Cod. *Langobardus* s. VIII ex. (uide supra p. 62); exemplar photographicum contulit H. J. W.
11. M. Cod. *Monacensis* s. VIII (uide supra p. 62); contulit H. J. W.
12. N. Cod. *Colmariensis* s. IX (uide supra p. 174); exemplar photographicum contulit H. J. W.
13. O. Cod. *Oxoniensis* s. IX (uide supra p. 174); contulit H. J. W.
14. P. Cod. *Parisinus* s. VIII (uide supra p. 174); exemplar photographicum contulit H. J. W.
15. R. Cod. *Reginensis* s. VII (uide supra p. 62); contulit G. Meyncke.
16. S. Cod. *Cantabrigiensis* s. IX (uide supra p. 174); exemplar photographicum contulit H. J. W.
17. T. Cod. *Toletanus* s. VIII = T Euang. (uide supra p. 62, et I, p. xiii); contulit J. S.
18. U. Cod. *Ulmensis* s. IX (uide supra p. 62); contulit F. G. Harvie.
19. V. Cod. *Vallicellanus* s. IX = V Euang. (cf. I, p. xiv); contulit J. S.
20. W. Cod. *Sarisburiensis* s. XIII = W Euang. (cf. I, p. xiv); contulit H. J. W.
21. Z. Cod. *Harleianus* s. IX (uide supra p. 174); contulit H. J. W.
22. *c*. Cod. *Colbertinus* s. XIII = *c* Euang. (uide supra p. 62, et I, p. xxxi); contulit H. J. W.
23. *d*. Codicis *Claromontani* latina uersio s. VI (uide supra p. 62).
24. *dem*. Cod. *Demidouianus* s. XIII apud C. F. Matthei *Test. Nov.*, tom. iii, Rigae 1782; = *demid.* Tischendorfii.
25. *diu*. Cod. *Diuionensis* 9 (*bis*) a. 1109 = *Tisch.* 973, dictus Codex S. Stephani Harding; exemplar photographicum contulit H. F. D. S.
26. *e*. Codicis *Sangermanensis* latina uersio s. IX ex. (uide supra p. 62).
27. *f*. Codicis *Augiensis* latina uersio s. IX (uide supra p. 62).
28. *g*. Codicis *Boerneriani* latina uersio s. IX = δ Euang. (uide supra p. 62, et I, p. xxxiii).
29. *m*. Lectiones e libro *de diuinis Scripturis siue Speculum* = *m* Euang. (uide supra p. 62, et I, p. xxxii).
30. *t*. Lectiones e libro qui dicitur *Liber Comicus* etc. (uide supra p. 62).

De siglis *cod. caraf.*, 𝔊𝔐𝔖𝔆 *vg.*, *Bentl.*, *Tisch.*, *W. H. etc.*, uide uol. I, p. xxviii *seq.*

Digitized by Google

EPISTULA AD THESSALONICENSES SECUNDA.

Ordinem (α) *Phil. Col. Thess. exhibent* ABGHΘNPUVW *vg. diu. f g Ambrst.*, (β) *Phil. Col. Laod. Thess.* CT *c*, (γ) *Phil. Thess. Col. Laod.* DF, (δ) *Phil. Thess. Col.* KLMORSZ *m Pel. Cassiod. Cassiod. disc. Sedul.*, (ε) *Col. Phil. Thess. d e.*

Epistula ad Thessalonicenses secunda in his codicibus sine lacuna exstat:—ABCDFGHΘKLMNOPR STUVW *c d dem. diu. e f g. In Z hic illic litterae uel uerba in capitibus paginarum perierunt; def. r*; *m* (= *lectiones e libro* '*de diuinis scripturis siue speculum*'), *t* (= *lectiones e lectionario qui dicitur* '*liber comicus*') *pauca tantum continent. Itaque in hac epistula codices Hieronymiani* (*inter quos c dem. diu. sine dubio numerandi sunt*) *et ueteres triginta nobis praesto sunt. Uariantes lectiones ex ueteribus perpetuo citauimus, iis discrepantiis tantum omissis quae ad meram orthographiam spectant.*

Ordo stichorum e codice Amiatino est.

Patres plerumque citauimus tantum ubi a textu nostro dissentiunt; Ambrosium partim ex editione Benedictina (*Uenet.* 1748), *partim ex ed. Uindobonensi nondum ad finem perducta* (= *Corp. Scr. Eccl. Latt., uoll.* xxxii *seqq.*); *Rufinum, Origenis interpretem ex ed. Delarue* (*Paris.* 1733); *Augustinum ex ed. Bened.* (*exceptis* '*speculi*' *lectionibus, quas ex ed. Weihrich* = *Corp. Scr. Eccl. Latt., uol.* xii, *sumpsimus et littera* '*m*' *denotauimus; uide supra*); *Priscillianum ex ed. Schepss* (= *Corp. Scr. Eccl. Latt., uol.* xviii); *Hieronymum ex ed. Uallarsii, sed ubi* '*Hilb.*' *in notulis adposuimus, lectiones indicauimus quae uiro doctissimo Isidoro Hilberg* (= *Corp. Scr. Eccl. Latt., uol.* liv *seq.*) *placuerunt.* '*Ambrst.*' = *Ambrosiastri Comment. in Epistulam;* '*Cassiod. disc.*' = *Comment. in Epistulas Paulinas a discipulo quodam anonymo Cassiodoriano confecti et sub nomine Primasii editi* (*Migne, P. L.* lxviii); '*Pel.*[A]' *et* '*Pel.*[B]' = *Pelagii Comment. in Epistt. Paulinas a uiro doctissimo A. Souter editi* ('*Texts and Studies*', *uol.* ix, *Cantabr.* 1926) *et in duas recensiones distincti, quarum prima* '*Pel.*[B]' *uere Pelagiana est et maxima ex parte ueteris uersionis, altera* '*Pel.*[A]', *ab editore quopiam recentiori correcta, lectiones Hieronymianas fere semper profert;* '*Pel.*' *simpliciter indicat lectiones in quibus* '*Pel.*[A]' *et* '*Pel.*[B]' *consentiunt.*

Inscr. incipit epistula (aepistola C, epstla T) ad thessalonicenses (tkess. C, tesal. T, tesales Z) secunda (II a T) CTZ; incipit epistola secunda ad thessalonicenses *dem.*; incip epla ·II[da]· pauli apli ad thessalonic *diu.*; incipit ad thessalonicenses (tessal. *d e*) secunda (II *d g*) *d e f g*; incipit ad (*om.* B*) eosdem secunda BK; incipit epistula ad thesalonicenses (thessal. L[1]) secunda feliciter L; item epstl ad theslncs secd Θ; epistola beati (*om.* 𝔖𝔓) pauli apostoli (*om.* 𝔓) ad thessalonicenses secunda (II 𝔖) *vg.*; epistula ad thessalonicenses II *Tisch.*; ad thessalonicenses epla ·II· *c*; ad thessalonics II G; incipit eple ad tesalonicenses V; incip episto pauli apos ad thessalo N; incip epis ad U; incipit corpus epistule (epist. F) FM; incipit textus O; incipit textus eiusdē aepis S; incipit explanatio sancti hieronimi in aepistola ad tessalonicenses foeliciter *Pel.*[B]; *nihil habent* ADHPRW *Pel.*[A] *Cassiod. disc.*

INCIPIT EPISTULA AD THESSALONICENSES SECUNDA.

I. 1 Paulus et siluanus et timotheus
ecclesiae thessalonicen-
sium in deo patre nostro
et domino iesu christo

I. 1. *Priora uerba litteris uncialibus uel rubris scripta habent* P (paulus . . . christo), Θ (paulus . . . in), AFS (paulus . . . timotheus), B (paulus et siluanus et), U (paulus et siluanus), OZ *vg. f diu.* (paulus). thimotheus C. aeclesiae CS, aeclāē DL, eclesiae OPT, eclesie W. thesal. DOU, thessall. FMR, tessal. B, tesal. T; thessalonicensis *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1349). nostro: *om.* Z*. et: + in *Ambrst.* domino (κυρίῳ): *om. g Pel.*[B] *Cassiod. cum gr.* FG. iesu (ihe. C) christo *cum ord. gr. plur.* Ἰησοῦ Χριστῷ: > ch. ie. G *d e g Pel. cum gr.* DEFG 55 Χρ. Ι.; *deinde* + salutem T. et dom. ie. ch.: *om.* L* (+ *in ima mg. pag. pr.* L[c]).

2 gratia uobis et pax a deo patre
nostro et domino iesu christo
3 gratias agere debemus deo
semper pro uobis fratres
ita ut dignum est
quoniam supercrescit
fides uestra
et abundat caritas unius-
cuiusque omnium uestrum
in inuicem
4 ita ut et nos ipsi in uobis glori-
emur in ecclesiis dei
pro patientia uestra et fide
in omnibus persecutionibus
uestris et tribulationibus
quas sustinetis
5 in exemplum iusti iudicii dei
ut digni habeamini regno dei
pro quo et patimini
6 si tamen iustum est apud deum
retribuere tribulationem
his qui uos tribulant

---

2. *Uers. om.* L*SU* *Pel.*A *cum gr.* 177; + *in summa pag.* Lc. gracia PW. **nostro** *cum gr.* ℵAFGKL *al. pler.* ἡμῶν: *om. d e cum gr.* BDEP 17. 49. 71.

3. *Ad init.* + fratres *t* (*ad. init. pericopes*). **gratias agere debemus deo** (*om. t*) **semper** *codd. plur. Bentl. Tisch. uett. etiam Pel.*A *cum ord. gr. omn.* εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ θεῷ πάντοτε: > gratias (grac. P) ag. deo deb. semp. P *Pel.*B; > gr. ag. deb. semp. deo *vg. cod. caraf.* **pro uobis,** *gr.* περὶ ὑμῶν: de u. *Ambrst.* **fratres**: *om. t.* **ita ut** (hut C), *gr.* καθώς: sicut D *d e f g Ambrst. Aug.* (x. 738) *Pel.*B **supercrescit,** *cf.* superexcrescit *Ambrst.*, *cum gr. omn.* ὑπεραυξάνει: uel e supercrescet *d*, *cf.* supercrescit (*sic*) *g*. **et** (καί): ut U*. **abundat** (hab. CDLOSTUWZ), *cf.* multiplicatur *Ambrst.*, *cum gr. omn.* πλεονάζει: abundat uel et *g*. kcaritas C, charitas *vg.* huniuscuiusque C, uniuscuiusquae O. **omnium** (hom. C) **uestrum** (> u. om. *Ambrst.*) *codd. mu. Bentl. Tisch. uett. Ambrst. Pel. cum gr. fere omn.* πάντων ὑμῶν: uestrum *tantum* AHΘcKNORS *vg. cod. caraf. c dem. Aug. Cassiod. disc. cum gr.* 17 ὑμῶν *tantum*; *gr.* ℵ* πάντων *tantum apud latinos non redditur*; *deinde* + est G*. **in inuicem** (*in ras. scr.* G), *gr.* εἰς ἀλλήλους: in uos inu. *Ambrst.*; inuicem *tantum* DS *diu.**

4. **ita ut** (hut C) **et** (*in ras. scr.* M), *cf.* > ita et ut U*: ita ut *tantum* AK *Tisch. d e g Ambrst. Aug.* (iii. 2. 930) *Pel.*B *cum gr. omn.* ὥστε. **nos** (+ in uos *g sed expunct.*) **ipsi** (nosipsi *uno uerbo* ϛ𝔊𝔖) *cum ord. gr.* ADEFGKL *al pler.* ἡμᾶς αὐτούς: > *gr.* ℵBP 17. 37. 73. 116. *al.*3 αὐ. ἡμ. **ita . . . ipsi**: uti *Tert.* (*scorp.* 13). **in uobis gloriemur** (-iaemur O), *cf.* de u. gl. *Ambrst. Aug.*, *cum ord. gr. omn.* ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι (ἐνκαυχ. ℵABP 17): > gloriemur in uobis *Tert.* **in** *sec.* (ἐν): *om. Pel.*B ecclesis O*, eclesiis M, eclisiis P, aeclesiis CLS, aeclessiis D. **pro** (propter M) **patientia** (-am *d*; pacientia K, paciencia PW) **uestra** (-am *d*; *om.* D) **et fide,** *cf.* pro tolerantia u. et f. *Tert.*, *cum ord. gr. omn.* ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως: > pro u. pat. et f. *Aug.*; > pro pat. et f. u. *Pel.*B; *deinde* + et ϛ𝔖ℭ *sine auct. gr.*, *non autem* 𝔊 *cod. caraf. Bentl. Tisch.* homnibus C. persaecutionibus S, persequutionibus HΘL, persecucionibus P, pesecutionibus G*. **uestris**: *om.* T *Tert. sine auct. gr.* **et** *tert.*: + in DZ* *contra gr.* **tribulationibus** (tribulac. P), *cf.* pressuris *Tert. Ambrst. Aug. Pel.*B, *cum gr. plur.* ταῖς θλίψεσιν: *om. gr.* D*FG. **quas** (quae OS): quibus *Tert.*, *cf. gr. fere omn.* αἷς *et* K ἐν αἷς; *om. diu.* sustenetis M, sustentes P.

5. **in exemplum** (ex *sup. lin.* T, l *sup. lin.* P, u *ex* i O) *cum gr.* 73 εἰς ἔνδειγμα, *cf.* 30. 43 ἐνδείγματι: exemplum *tantum* (*Bentl.*) *d* (*non autem e teste Belsheim*) *et* ostentamen *tantum Tert.* (*scorp.* 13) *cum gr. plur.* ἔνδειγμα. **iusti**: *om.* R. iuditii W, iudici O*. **ut** (hut C) **digni** (-ne O*) **habeamini** (-emini F*, h *sup. lin.* V), *gr.* εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς (G ἡμᾶς): in hoc ut d. hab. *Ambrst.* **regno dei** (eius *Tert.*) AGN* O*RZ*𝔊 *cod. caraf. Bentl. Tisch. dem. g Tert. Ambrst. Pel.*A *Uigil.* (*Uarim.* iii. 37) *Cassiod. disc. et gr.* τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ: in reg. d. BCDFHΘKLMN1OcPSTUVWZ1ϛ𝔖ℭ *c d diu. e f t Pel.*B *contra gr.* **pro quo** (qua *g*), *gr.* ὑπὲρ ἧς: propter quod D. **et,** *cf.* etiam et *d e t*, *cum gr. plur.* καί: *om. gr.* F* 1. 61. 121. **patimini** = *gr. omn.* πάσχετε: patiemini DOS.

6. **si tamen** *etiam Iren.* (*Mass. p.* 273), *gr.* εἴπερ (FG περ): nisi si t. *Cassiod. disc.*; si quidem *Iren.* (*Mass. p.* 265) *Ambrst.* **apud** (-ut FGL MW) **deum** *cum gr.* παρὰ θεῷ: ap. dominum *t.* **tribulationem his** (hiis NW, iis 𝔊𝔖ℭ *cod. caraf.*) **qui uos tribulant** *codd. mu.* 𝔊𝔖ℭ *cod. caraf. Tisch. dem. Pel.*A *Cassiod. disc. Sedul.*, *cf.* retributionem (-cionem P, retribuitionem S, re *in ras. scr.* T) his (hiis S, iis ϛ) q. u. tribulant DHΘ*O PRSTZ*ϛ *diu. t et* > retributionem his q. tribulant u. *Iren.* (*Mass. p.* 265), *contra ord. gr.*: > eis (his *Bentl. f*) q. tribulant u. tribulationem *Bentl. d e f Iren.* (*Mass. p.* 273), > eis tribulantibus u. tribulationem *g*, > deprimentibus u.

Digitized by Google

7 et uobis qui tribulamini
requiem nobiscum
in reuelatione domini iesu
de caelo cum angelis
uirtutis eius
8 in flamma ignis
dantis uindictam his qui
non nouerunt deum
et qui non oboediunt euan-
gelio domini nostri iesu christi
9 qui poenas dabunt in interitu
aeternas a facie domini
et a gloria uirtutis eius
10 cum uenerit glorificari
in sanctis suis
et admirabilis fieri in omnibus

---

angustiam *Pel.*B, *cf.* > his q. u. tribulant tribulationem *Uigil.* (*Uarim.* iii. 88), > his q. u. tribulant retributionem *Uigil.* (*Uarim.* iii. 37), > eis q. u. deprimunt pressuram *Ambrst.*, *cum ord. gr.* τοῖς (FG αὐτοῖς τοῖς) θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν. *Notat Luc. Brug.* 'Retribuere tribulationem. *Non est mutanda uox* tribulationem, *quae poenam significat, in* retributionem, *quae mercedem.*'

7. **et uobis** (uos T *t*) = καὶ ὑμῖν: > uobis autem *d e*. **qui tribulamini**:. q. pressuram sustinetis *Pel.*B; q. afflictionem sustinetis *Ambrst.*; tribulationem patientibus *g*, *cf. gr.* τοῖς θλιβομένοις; *deinde* + in *e sine auct. gr.* **requiem** (-quem S) *etiam Iren.* (*Mass. p.* 273), *gr.* ἄνεσιν: requietem *Tert.* (*Marc.* v. 16); refrigerium *Iren.* (*Mass. p.* 265). **nobiscum** *cum gr. plur.* μεθ' ἡμῶν: uobiscum K* *Pel.*B *cum gr.* ℵ* μεθ' ὑμῶν; *om. Tert.* **in reuelatione** (-cione P) = *gr. omn.* ἐν τῇ ἀποκαλύψει: in reuelationem FGHΘ MNO*Z *d e Pel.*B *Cassiod. disc.*; in retributionem *t*. **domini iesu** (ihe. C) *etiam Iren.* (*Mass. p.* 273) *Pel.*A *cum gr. plur.* τοῦ κυρίου Ἰησοῦ: dom. nostri ie. christi DOPRSZ* *dem. Iren.* (*Mass. p.* 265 *teste Stieren*) *cum gr.* L 47. 73. 122. *al. pauc.* τ. κ. ἡμῶν Ἰησ. Χριστοῦ; dom. nostri ie. *Iren.* (*Mass. p.* 265 *teste Turner*) *cum gr.* 3. 35. 52. *al. pauc.* τ. κ. ἡμῶν Ἰησ.; ch. ie. T; dom. ie. ch. *Pel.*B; dom. *tantum Cassiod. disc.*; *deinde* + uenientis *Tert. sine auct. gr.* **de caelo** (celo MW), *gr.* ἀπ' οὐρανοῦ: a c. *Tert.* hangelis C, anguelis D. **uirtutis** (-tes R) **eius** *etiam Iren.* (*Mass. p.* 265 *teste Stieren*, *p.* 273), *gr.* δυνάμεως αὐτοῦ: u. suae *Tert.*; *om. Iren.* (*Mass. p.* 265 *teste Turner*).

8. *Ad init.* + et *d g Iren.* (*Mass. pp.* 265, 273) *Tert.* (*Marc.* v. 16) *cum gr.* FG καί, + cum uenerit *Aug.* (x. 721) *sine auct. gr.* **in flamma ignis**, *cf* in flammam ig. HΘ *t*, *cum ord. gr.* BDEFG 47. 71 ἐν φλογὶ πυρός: > in igne flammae *Ambrst.*, *cf.* in ignem fl. *d e*, *cum ord. gr.* ℵAKLP *al. fere omn.* ἐν πυρὶ φλογός; *cf. Exod.* iii. 2, *Act.* vii. 30, *Heb.* i. 7, *Apoc.* i. 14, ii. 18, xix. 12. **dantis** (-tes Θ*, dantibus *t*) *cum gr. plur.* διδόντος: dans R *d e cum gr.* D*FG διδούς; dare *Iren.* (*Mass. p.* 265) *Aug. Pel.*B; dans uel dare *g*. uindicta M. **his** (hiis NSW, iis *vg. cod. caraf. Bentl.*) **qui non nouerunt deum**, *cf.* in (de Θ*) his q. n. nouerunt (nob. T) d. CΘ* T *t*: in eos q. n. nou. d. *Iren.* (*Mass. p.* 265) *Ambrst.*; in eos q. ignorant d. *Aug. Pel.*B; > eis q. d. ignorent *libere Tert.* (*Marc.* v. 16 *semel*); nescientibus uel ignorantibus d. *g*, *cf. gr.* τοῖς μὴ εἰδόσιν θεὸν *et* ignorantibus dominum *libere Tert.* (*Marc.* v. 16 *semel*). **et** (καί): + in eos *Iren.* (*Mass. p.* 265) *Ambrst.*; *om. Pel.*A **qui non oboediunt** (hoboed. CT, obed. B*S *vg.*) *etiam Tert.* (*Marc.* v. 16 *semel*), *cf.* > non q. ob. *Pel.*B: q. non oboedierunt (obed. W, obaud. *d e*) KVW *c d e*; non oboedientibus *g*, *cf. Tert.* (*infra*) *et gr.* τοῖς μὴ ὑπακούουσιν (47 ὑπακούσασιν). **euangelio** (aeuangel. L[c], aeuanguel. D) = εὐαγγελίῳ: euangelium Z* *d e t*. > euangelio non obaudientes *libere Tert.* (*Marc.* v. 16 *semel*) *contra ord. gr.* ihesu C. **christi** *cum gr.* ℵAFG *al. plu.* Χριστοῦ: *om.* F*G *Iren.* (*Mass. p.* 265 *teste Turner*) *Pel.*A *cum gr.* BDEKLP 17. *al.*30

9. **qui** (οἵτινες): + etiam D *g Iren.* (*Mass. p.* 265, *non autem p.* 273) *Pel.*B **poenas** (pen. W): *gr.* δίκην, *cf.* poenam *Tert.* (*infra*). **dabunt** *etiam Iren.* (*Mass. p.* 273), *gr.* τίσουσιν: luent D, *cf. Tert.* (*infra*); pendent *Iren.* (*Mass. p.* 265); soluent *Ambrst.*; soluent uel dabunt *g*; *deinde* + id est sustinent N[mg.]. **in interitu aeternas** (et. L*M), *cf.* in interitum aeternas (et. W; *om. Pel.*B) ACHΘ*PTW *c f Pel.*B *Cassiod. disc.*: in (*om. d Iren.*, *cf. gr.*) interitus aeternas *d e Iren.* (*Mass. pp.* 265, 273); in interitum aeternum *g Ambrst.* (*lemm.*); interitus in aeternum *Ambrst.* (*comm.*); *gr.* ὄλεθρον (A 17. 73 ὀλέθριον) αἰώνιον. **qui . . . aeternas**: quos ait poenam luituros exitialem aeternam *libere Tert.* (*Marc.* v. 16). **a facie** (-iae CMP), *gr.* ἀπὸ προσώπου: ante faciem *f*. **domini** = κυρίου: dei D. **a gloria** *etiam Iren.* (*Mass. p.* 265 *teste Stieren*, *p.* 273), *cf.* gloria *tantum* F*MVZ *e Iren.* (*Mass. p.* 265 *teste Turner*), *gr.* ἀπὸ τῆς δόξης: a maiestate uel gloria *g*, *cf.* maiestate *tantum Pel.*B **uirtutis** (ἰσχύος): ualentiae *Tert.* (*Marc.* v. 16 *bis*).

10. quum Θ. **uenerit**: ne *sup. lin.* T. **glorificari** (-are P; gloriari O) *etiam Iren.* (*Mass. p.* 273), *gr.* ἐνδοξασθῆναι: magnificari D *Iren.* (*Mass. p.* 265); clarificari *d e g Ambrst.* **suis** (αὐτοῦ): *om. Pel.*B **admirabilis** (amm. KRTV) **fieri** *etiam Iren.* (*Mass. p.* 273), *cf.* ad.

Digitized by Google

qui crediderunt
quia creditum est testimonium
nostrum super uos in die illo
11 in quo etiam oramus semper
pro uobis
ut dignetur uos uocatione
sua deus noster
et impleat omnem uolunta-
tem bonitatis
et opus fidei in uirtute
12 ut clarificetur nomen domini nostri
iesu christi in uobis
et uos in illo secundum gra-
tiam dei nostri et domini iesu
christi.
II. 1 Rogamus autem uos fratres
per aduentum domini nostri iesu
christi
et nostrae congregationis
in ipsum
2 ut non cito moueamini
a uestro sensu

---

esse *d e Iren.* (*Mass. p.* 265), *gr. plur.* θαυμασθῆναι *et* D*E*FG ἐνθαυμασθῆναι : admirari *Pel.*[B]; mirificari *Ambrst. Sedul.*; mirificari uel mirabilis esse *g*; *deinde* + in die illo N (*uide infra*). **in omnibus** (hom. C, omnes Z*) = ἐν πᾶσιν : omnibus *tantum Iren.* (*Mass. p.* 265); his *tantum Iren.* (*Mass. p.* 273). **qui crediderunt** *etiam Iren.* (*Mass. p.* 265) *cum gr. longe plu.* τοῖς πιστεύσασιν : q. credunt *Iren.* (*Mass. p.* 273) *Pel.*[A] *et* credentibus *g cum gr. min. uix. mu.* τ. πιστεύουσιν; *deinde* + in eum *Iren.* (*Mass. pp.* 265, 273, *in fine pericopes*). **quia**: qua C. **creditum est** = ἐπιστεύθη : fidem habuit *Ambrst.* testimonum Z*. **super uos**, *gr. omn.* ἐφ' ὑμᾶς : in u. *d e*; *om.* S. **in die** (diae C) **illo**, *cf.* in d. illa P *Ambrst. et* d. illo uel illa (*sine* in) *g*, *cum gr. omn.* ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ : *om.* N* (*uide supra*) *Pel.*[B]; *deinde* + aduentus domini *Ambrst.*, *cf.* 1 *Cor.* i. 8.

11. **in quo**: in quod *Bentl.** *cum gr. omn.* εἰς ὅ. **etiam** (καί): et *f g Ambrst. Pel.*[B] *Sedul.* horamus C. > pro uobis semper *dem. contra gr.* **ut** (hut C) **dignetur uos**, *cf.* ut dignos u. habeat D *Aug.* (i. 53, ii. 273), ut dignos u. faciat N[c in mg.], *contra ord. gr.*: > ut u. dignetur *d e*, > ut u. dignos habeat *g Ambrst.*, > ut u. dirigat *Uigil.* (*Uarim.* i. 50), *cum ord. gr.* ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ. uocacione P. **sua**: *om.* (*Bentl.*) *d e cum gr. plur.*; uestra uel sua *g*, *cf. gr.* FG ὑμῶν; + sancta *Aug.* (i. 53, ii. 273). **deus** (θεός): dominus OZ*. **noster** *cum gr. plur.* ἡμῶν : *om.* AGHΘϚ *d e Uigil. Cassiod. disc. cum gr.* D* 80; *gr.* D[c]EKL 37. *al. plus*[10] ὑμῶν *apud latinos non redditur.* **et** *pr.* (καί): ut O. **impleat** (inpl. CS, implead Z*) **omnem** (hom. C; + bonam *g Pel.*[B]) **uoluntatem** (uolūt. C) **bonitatis** (benignitatis *g*, in benignitate *Pel.*[B]; + suae Ϛ𝔖 *dem.*, *notat autem Luc. Brug.* '*non addas pronomen* suae'), *cf.* im. omni placito bonitatis *Ambrst.*, *cum ord. gr. omn.* πληρώσῃ (AKP *al. plus*[6] -ει) πᾶσαν εὐδοκίαν (17. ἐπιθυμίαν) ἀγαθωσύνης : > omnem uoluntatem inpleat bonitatis D; > im. omnem bonitatem uoluntatis L. **opus** (hop. C) = ἔργον : opere *Ambrst.* **fidei** = *gr. omn.* πίστεως : fide B.

12. **ut** (hut C), *gr.* ὅπως : ita ut D *f*[*] (*super* F[gr.] *scr.*) *g Ambrst.*; et *Uigil.* (*Uarim.* i. 50); ita et *Sedul.* **clarificetur** (-fice||tur Θ), *gr.* ἐνδοξασθῇ : magnificetur D *g*; glorificetur (-emur S, -entur Z*) BSZ *Bentl.** *Sedul.* **nostri** *pr.* (ἡμῶν): *om.* A*O𝔈 (1592; + *corr.* 1592 *et* 1593, 1598) *sine auct. gr.* **iesu** *pr.*: *in ras. scr.* B. **christi** *pr. cum gr.* AFGP 17. *al. sat. mu.*: *om. d e cum gr. plur.* **illo** (αὐτῷ): ipso *Ambrst.* **ut . . . illo**: *om. Pel.*[B] (*non autem comm. seq.*). **secundum gratiam** (-tia G, -cia P) **dei nostri et domini** *cum gr. omn.* (*exc.* FG 23, *uide infra*) κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ κυρίου : > s. gr. domini et dei n. B; > s. gr. dei et domini n. DT *t Pel.*[B]; s. gr. dei n. et domini n. 𝔖𝔈 (1592; *om.* n. *sec. corr.* 1592 *et* 1593, 1598) *d cum gr.* 23; s. gr. domini dei n. et domini *e*; s. gr. domini n. *tantum diu.* **et** *pr.* . . . **christi** *sec.*: *om. f g cum gr.* FG.

II. 1. **rogamus** (ἐρωτῶμεν): obsecro *Tert.* (*res.* 24). **autem** (δέ): *om. Hieron.* (i. 799) *Aug.* (vii. 596) *Pel.*[A*] **uos** (ὑμᾶς): *om.* S. > u. autem T. **fratres** (ἀδελφοί): *om. Pel.*[B] **per aduentum**, *gr.* ὑπὲρ τῆς παρουσίας : pro uel per aduentu uel um *g*. **nostri** (ἡμῶν): *om. gr.* B. ihesu C. **nostrae** (-re MW) **congregationis** (congraegat. Z*, congraegac. P) *etiam Hieron.* (vii. 529) = ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς : nostram congregationem (> c. n. *Tert.*) D *Tert. Orig.* (*int.* iii. 874) *Hieron.* (i. 799 *Hilb.*) *Pel.*[B] *Sedul.*; nostri congregationem *Hieron.* (i. 799 *Uall.*); nostra congregatione uel m *g*. **in ipsum**, *cf.* in illum *Ambrst.*, ad illum *Tert.*, in idipsum *diu.*, *cum gr.* ἐπ' (K εἰς) αὐτόν : in ipso D *Orig.*

2. **ut** (huti C; *om. Aug.* (ii. 742, 746) *ad init. pericopes*) **non cito** (citto Z) **moueamini** (-eamni S), *gr.* εἰς (*om.* K) τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς : ne c. conmou. *Tert.* (*res.* 24); ne facile mou. *Ambrst.*; *deinde* + uos *g*, *cf. gr.* **a uestro sensu** (censu W) *codd plur. vg. cod. caraf. Bentl. Tisch. c dem. diu. Hieron.* (vii. 529) *Cassiod. disc. et* > a s. u. FMP *d e Orig.* (*int.* iii. 874)

Digitized by Google

neque terreamini
neque per spiritum
neque per sermonem
neque per epistulam
tamquam per nos
quasi instet dies domini
3 ne quis uos seducat
ullo modo
quoniam nisi uenerit
discessio primum
et reuelatus fuerit homo
peccati
filius perditionis
4 qui aduersatur et extollitur
supra omne quod dicitur deus
aut quod colitur

Ambrst. cum gr. DE 43 ἀπὸ τοῦ νοὸς ὑμῶν: a sensu G*LNZ^{c} *et* a sensu uel mente *g*, *cf.* sensu CR *Pel.*^{A}, mente *Hieron.* (i. 799, > mente mou. *Hilb.*) *Aug.* (ii. 742, 746, vii. 596) *Pel.*^{B}, animo *Tert.*, *cum gr. plur.* ἀπὸ τ. ν. *tantum.* **neque terreamini**, *cf.* nec t. *Hieron.* (i. 799, vii. 529), *gr. plur.* μήτε (ℵAD*FG 47. 73 μηδὲ) θροεῖσθαι *et* B 37. *al.*^{2} μήτε (B μηδέ) θροεῖσθε: neque turbemini *Tert.*; neque conturbemini *d e Orig. Ambrst.* **a ue. se. ne. terr.**: *om.* T* (+ T^{c} *in mg.*). **neque** (-em M*) **per spiritum** (*in ras. scr.* F): *om. Aug.* (ii. 742, *non autem* vii. 596). **neque** *tert. et quart.*, *gr.* μήτε *uel* μηδέ: siue *Aug.* (ii. 742, *non autem* vii. 596). **per sermonem** (διὰ λόγου) *etiam Hieron.* (vii. 529): p. uerbum D (*uide infra*) *g Orig. Ambrst. Hieron.* (i. 799) *Aug.* (ii. 742, vii. 596) *Pel.*^{B} *Sedul.* > p. uerbum neque p. spiritum D *contra gr.* epistolam BG^{c}HΘKLOPUVZ^{c} *vg.*, aepistulam D, aepistolam CS. **tamquam** (tanq. KWϛ𝔊), *gr.* ὡς: quasi *Capitula* BR (*uide supra p.* 557) *Orig.*; ac si *Tert.* **per nos** *tantum* ACGN*RZ^{c1} *Bentl. Tisch. g Hieron.* (i. 799 *Hilb.*) *Pel.*^{A}, *cf.* p. nostram *tantum Tert. et* a nobis *tantum d e*, *cum gr. omn.* δι' (παρ' P) ἡμῶν: per nos missam (misam N^{o}) BHΘKN^{c}PSTUVWZ^{c2} *vg. cod. caraf. c dem. diu. f Orig. Hieron.* (i. 799 *Uall.*, vii. 529) *Aug.* (ii. 742, vii. 596) *Pel.*^{B} *Cassiod. disc.*, *cf.* a (*in ras. scr.* L) nobis missam FLM *Ambrst.*; per nos uobis missam D; per nos a nobis (uob. Z*) missam (misam O) OZ^{1}; *cf.* per nos factam *Capitula* BR (*uide supra p.* 557). **quasi**: *in ras. circa* 10 *litt. scr.* U. **instet** (ἐνέστηκεν): insistat *Tert.*; stet *d e.* diaes C. **domini** *cum gr.* ℵABD*E*F GLP 17. 37. 67**. *al. plus*^{15} τοῦ κυρίου: *gr.* D^{c}E**K *al. longe plu.* τ. Χριστοῦ *apud latinos non redditur.*

3. nequis *uno uerbo* Sϛ𝔊. **uos** (ὑμᾶς): nos O* *Ambr.* (*luc.* x. 16) *Pel.*^{B} **ullo** (hullo C, ul G, ullu Z*) **modo**, *cf.* nullo m. *d e*: secundum nullum modum *g* = κατὰ μηδένα τρόπον; + quasi instet dies domini *Orig.* (*int.* iii. 858) *e uers. praeced.* **quoniam** (ὅτι): quia *d e.* **uenerit** (ἔλθῃ): ueniat *Tert.* (*res.* 24). **discessio** (dissess. G*L, discens. Z*, descess. Z^{c}; disces *in ras. scr.* Θ) *etiam Pel.* (*lemm.*) *Sedul.* (*lemm.*), *gr.* ἀποστασία: abscessio *Iren.* (*Mass. p.* 322) *Tert.* (*res.* 24); refuga N$^{c\ in\ mg.}$ *d e Aug.* (vii. 596), *cf. Pel.* (*comm.*) *et Sedul.* (*comm.*) '*Quod autem* discessio (-ionem *Sedul.*) *hic dicit, alibi eum* refuga (-am *Pel.*^{A} *Sedul.*) *appellauit in latinis exemplaribus*'; defectio *Ambrst.* **primum** (πρῶτον): primo *Tert.* (*res.* 24). > uen. pr. disc. *Orig.*, > disc. uen. pr. *Hieron.* (i. 799, 880), *contra ord. gr.* **et reuelatus fuerit** *etiam Ambr.* (*luc.* x. 16) *Aug.* (vii. 596), *cf.* cum r. f. *Ambr.* (*ps.* 118 *gimel*), *gr.* καὶ ἀποκαλυφθῇ: et reueletur *Tert.* (*res.* 24), *cf.* reueletur *libere Tyc.* (*reg.* 4); et nunc reuelabitur *Uigil.* (*Uarim.* iii. 9 *ad init. pericopes*), *cf.* cum reuelabitur *libere Aug.* (iv. 53); reuelatio *libere Tyc.* (*reg.* 3, *reg.* 6). **homo**: + ille *Ambrst.* **peccati** *etiam Ambr.* (*luc.* x. 16) *Ambrst.* (*ed. Uenet.*) *Hieron.* (i. 799, 880, v. 667), *gr.* ℵB *min.*^{10} ἀνομίας *et* ADEFGKLP *al. pler.* ἁμαρτίας: delicti *Tert.* (*Marc.* v. 16); delinquentiae (> del. homo) *Tert.* (*res.* 24); iniquitatis *Ambr.* (*ps.* 118 *gimel*) *Ambrst.* (*ed. Roman.*) *Hieron.* (*libere* i. 855 *et* vii. 194); *deinde* + et *Ambr.* (*ps.* 118 *gimel*, *non autem luc.* x. 16). **perditionis** (perdicc. P) *etiam Ambr.* (*luc.* x. 16) *Ambrst.* (*ed. Uenet.*), *gr.* ἀπωλείας: interitus *Orig. Ambr.* (*ps.* 118 *gimel*) *Ambrst.* (*ed. Roman.*) *Aug.* (vii. 596, viii. 604); exterminii *Tyc.* (*reg.* 3).

4. **et**: *om. d e.* **extollitur** (-etur F^{c}P) *etiam Iren.* (*Mass. p.* 322 *semel*) *Hieron.* (i. 800), *cf.* extollit se *Iren.* (*Mass. p.* 181, *p.* 322 *semel*), extollat se *libere Cassiod.* (*P. L.* lxx. 87), extollens se *Tert.* (*libere Marc.* v. 16) *Aug.* (*libere* iii. 2. 516, iv. 54), extollentem se *libere Aug.* (viii. 604 *semel*), eleuet se *libere Hieron.* (i. 855), *et gr.* FG ἐπαιρόμενος: superextollitur *Tert.* (*res.* 24) *Aug.* (vii. 596, *libere* viii. 604 *semel*) *et gr. plur.* ὑπεραιρόμενος. **supra** *etiam Aug.* (iii. 2. 516, vii. 596), *gr.* ἐπί: super BDNZ* *c d e Iren.* (*Mass. p.* 181, *p.* 322 *bis*) *Tert.* (*Marc.* v. 16) *Hieron.* (i. 800) *Aug.* (*saepissime*) *Tyc.* (*reg.* 1) *Oros.* (*apol.* 16) *Cassiod.*; contra *libere Hieron.* (i. 855, vii. 194) *et Aug.* (viii. 604 *semel*); in *Tert.* (*res.* 24). **omne** (-em FMZ*) **quod** (qui *d Tyc.*, quid *e*) **dicitur** (-etur H) **deus**, *gr.* πάντα λεγόμενον θεόν: > omne quod d. dic. *Tert.* (*res.* 24, *Marc.* v. 16). **aut** *etiam Iren.* (*Mass. p.* 322 *semel*) *Hieron.* (i. 800) *Aug.* (vii. 596), *gr.* ἤ:

Digitized by Google

ita ut in templo dei sedeat
ostendens se tamquam
sit deus
5 non retinetis quod cum adhuc
essem apud uos haec
dicebam uobis
6 et nunc quid detineat scitis
ut reueletur in suo tempore
7 nam mysterium iam opera-
tur iniquitatis
tantum ut qui tenet nunc
teneat donec de medio fiat

---

uel *Iren.* (*Mass. p.* 181, *p.* 322 *semel*) *Tert.* (*res.* 24); et *Tert.* (*Marc.* v. 16) *Hieron.* (i. 855, vii. 194) *Aug.* (iii. 2. 516, iv. 54, 874). **quod** (*in ras. scr. et* d *sup. lin.* M) **colitur** *etiam Iren.* (*Mass. p.* 181, *p.* 322 *semel*) *Hieron.* (i. 800): colitur *tantum Iren.* (*Mass. p.* 322 *semel*) *Orig.* (*int.* iii. 859) *Hieron.* (vii. 194); religio *Tert.* (*res.* 24) *Hieron.* (i. 855), *cf.* omnem religionem *Tert.* (*Marc.* v. 16); *gr.* σέβασμα. **ita ut** (hut C), *gr.* ὥστε: ut *tantum Orig.* (*int.* iii. 859) *Tyc.*; uti *tantum Tert.* (*res.* 24); qui *libere Orig.* (*int.* iii. 850); *om. omnino Tert.* (*Marc.* v. 16); *deinde* + se *g et gr.* αὐτόν. **in templo**: in templum *dem. Tyc. cum gr.* εἰς τὸν ναόν; *cf. Aug.* (vii. 597) '*rectiusque* (*sc. nonnulli*) *putant etiam Latine dici, sicut in Graeco est, non* in templo dei *sed* in templum dei sedeat, *tamquam ipse sit templum dei, quod est ecclesia; sicut dicimus "sedet in amicum", id est, uelut amicus*'. **dei** (*om.* F) *sine addit. cum gr.* ℵABD*P 17. *al.*[10]: + quasi ut deus *g cum gr.* D^cEFGKL *al. pler.* ὡς (FG* ἵνα) θεόν. **sedead** Z*. > sedeat (sedet *libere Orig.* iii. 850) in templo dei (huiusmodi *Orig.* iii. 859) *Tert.* (*res.* 24) *Orig.* (*int.* iii. 850, 859), > consessurus in t. d. *libere Tert.* (*Marc.* v. 16), > audeat stare in t. d. *libere Hieron.* (i. 855, vii. 194, *cf. Mk.* xiii. 14 stantem ubi non debet), *contra ord. gr.* **ostendens** (host. C) *etiam Ambrst.* (*in* 1 *Cor.* xi. 7), *cf.* ostentans *Ambrst.* (*hic*) *Aug.* (vii. 596): ostendentem *g cum gr.* ℵBDEKLP *al. pler.* ἀποδεικνύντα *et* AFG 37. *al.*[10] ἀποδεικνυόντα. **se** (ἑαυτόν) *etiam Ambrst.* (*in* 1 *Cor.* xi. 7): se ipsum *g Ambrst.* (*hic*); semetipsum *Iren.* (*Mass. p.* 322 *bis*). **tamquam** (tanq. KWϛ𝔠), *gr.* ὅτι: quasi *d e Orig.* (*int.* iii. 859) *Ambrst.* (*hic et in* 1 *Cor.* xi. 7) *Hieron.* (*libere* v. 667) *Quaestt. U. et N. T.* (110, 113); quod ipse *Hieron.* (*libere* i. 855, vii. 194) *Tyc.*; quia G *Bentl.* **sit deus**, *cf.* est d. *Tyc.*, *cum ord. gr.* ἐστὶν θεός: > d. sit *f.* **ostendens . . . deus**: adfirmans deum se *Tert.* (*res.* 24); et deum se iactaturus *Tert.* (*Marc.* v. 16).

5. *Ad init.* + ut V*. **non** (οὐ): num ϛ𝔠; ne W; nonne *Tert.* (*res.* 24); an non *Ambrst.*; non enim *Pel.*[B] **retinetis** (reten. PS), *cf.* ret. (+ in *Aug.* (vii. 596)) memoria D *Aug.* (ii. 745, vii. 596) *Hesychius ap. Aug.* (ii. 740), *gr.* μνημονεύετε: meministis *f*° (*super* F*gr.* *scr.*) *Tert. Ambrst. Pel.*[B]; meministis uel retinetis memoria *g.* **quod** *etiam Aug.* (vii. 596), *gr.* ὅτι: quoniam *g*; quia *Aug.* (ii. 745) *Hesych. ap. Aug.* **cum** (quum CΘ) **adhuc essem** (-emus ΘZ*) **apud** (-ut GL) **uos** *codd. plur. vg. cod. caraf. Bentl. Tisch. c diu. f*, c. adhuc essem ad uel apud uel penes u. *g et* > c. essem (-emus F*MN) adhuc apud (-ut F*MN) u. FMN *dem.*, > adhuc c. essem apud u. *Aug.* (vii. 596), > c. apud u. essem adhuc *Hieron.* (i. 800, iv. 1020), > c. adhuc penes u. essem *Pel.*[B], *cf.* c. essem (-emus AB *Cassiod. disc.*) apud u. (*sine* adhuc) ABRU* *d e Aug.* (ii. 745) *Hesych. ap. Aug. Cassiod. disc. et* > c. apud u. essem *Tert.*, *cum gr. plur.* ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς: me adhuc apud uos agente *Ambrst. cum gr.* D*E* ἔτι ἐμοῦ ὄντος; *om. Pel.*[A] *sine auct. gr.* **haec** (hec MW) = *gr. omn.* ταῦτα: hoc BZ*. **dicebam** = *gr. omn.* ἔλεγον: dicebamus ABF*Θ°M *Cassiod. disc.*; dicebantur *d e Pel.*[B]

6. **quid detineat** (deten. DSV*), *gr.* τὸ κατέχον: quod detineat (deten. *d*) *d e*; quid teneat *Tert.* (*res.* 24). **scitis**: + nonne D. **ut** (hut C) **reueletur**: ad hoc ut reu. *Ambrst.*; ad reuelandum *Tert.*, *cf. gr.* εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι; ut detegatur *Tyc.* (*reg.* 7, *uide infra*); *deinde* + ipse *g Pel.*[B], + ille *Ambrst.*, + eum *Tert.*, *et gr. omn.* αὐτόν. **in suo tempore** (-rae C) *cum. ord. gr.* ἐν τῷ αὐτοῦ (*uel* ἑαυτοῦ) καιρῷ: > in temp. suo H. > ut in suo temp. detegatur *Tyc. contra gr.*

7. **nam mysterium** (mister. BSW, mystir. P) **iam operatur** (hop. C) **iniquitatis** *etiam Aug.* (ii. 745) *cum ord. gr.* τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας: > myst. enim iam op. facinoris *Tyc.* (*reg.* 7 *semel*, *cf.* mysterium facinoris *libere reg.* 3 *et* mysterii facinoris *libere reg.* 7 *semel*); > iam enim myst. op. iniq. *g Hieron.* (i. 882); > iam enim myst. (ministerium D) iniq. op. D *Hieron.* (iv. 1020) *Aug.* (vii. 596, 597 *bis*) *Sedul.*, *cf.* iam enim arcanum iniq. agitatur *Tert.* (*res.* 24); > nam myst. iniq. iam op. *Hesychius ap. Aug.* (ii. 740) *Pel.*[B] **ut** (hut C, et H*): *om.* (*Bentl.*) *g Tert. Hieron.* (iv. 413, 1020, *non autem* i. 882) *Aug.* (ii. 745, vii. 596, 597 *bis*, 598) *Hesych. ap. Aug. Pel.*[B] *et gr. non expr.* **qui tenet nunc** *etiam Hieron.* (i. 882, iv. 413), *cf.* q. t. modo *Hieron.* (iv. 1020) *Aug.* (ii. 745 *semel*) *Hesych. ap. Aug.*, q. obtinet modo *Tyc.* (*reg.* 4), q. detinet modo *Tyc.* (*reg.* 7), *cum ord. gr. omn.* ὁ κατέχων ἄρτι: > q. nunc tenet (-ent F*M) DFM *d e Tert. Ambrst. Pel. Sedul.*, *cf.* > q. modo tenet *Aug.* (ii. 745 *semel*, vii. 596, 597 *bis*, 598); q. tenent *tantum* L. **teneat** (-eant F*L

Digitized by Google

8 et tunc reuelabitur ille
iniquus
quem dominus iesus interficiet
spiritu oris sui
et destruet inlustratione
aduentus sui
9 eum cuius est aduentus
secundum operationem
satanae
in omni uirtute et signis
et prodigiis mendacibus
10 et in omni seductione iniqui-
tatis his qui pereunt
eo quod caritatem ueritatis
non receperunt
ut salui fierent

MZ*): *om.* G* (*Bentl.*) *g Tyc.* (*reg.* 4, *reg.* 7) *et gr. non expr.* **doneo** (*sup. lin. diu.*) *etiam Tyc.* (*reg.* 1, *reg.* 4), *gr. plur.* ἕως *et* FG ἕως ἄν: donec uel usque qua *g*; quoadusque *Ambrst. Tyc.* (*reg.* 7). **de medio,** *gr.* ἐκ μέσου: dimedio O; dimidio Θ[c]; dimidium L. **fiat** (γένηται): fiant Z*.

8. **tunc** (τότε): nunc S*. reuelauitur C, reuelabit F*. **ille** (illae H) **iniquus** (-qus S*, antiqus *superscr.* O[c] *sed non expunxit* iniquus) *etiam Aug.* (ii. 745), *cf.* ille impius *Hil.* (*ps.* cxl. 11) *Tyc.* (*reg.* 7), *gr.* ὁ ἄνομος: iniquus *tantum g Iren.* (*Mass. p.* 182 *bis*, *p.* 323) *Tert.* (*res.* 24) *Aug.* (vii. 596, 597 *bis*). quaem L. **dominus** (deus D) **iesus** *etiam Iren.* (*Mass. p.* 182 *semel*, *p.* 323) *Hieron.* (i. 882, iv. 1020) *cum gr.* ℵAD* E*FGL**P 17. *al.*[6] ὁ κύριος Ἰησοῦς: dominus *tantum Bentl.* *Hieron.* (iv. 361) *Uigil.* (*Uarim.* iii. 9 *et* > interficiet dom.) *cum gr.* BD[c]E**KL* *al. pler.* ὁ κύριος *tantum*; dom. ie. christus Z* *diu. Iren.* (*Mass. p.* 182 *semel*). *quem dom. ie.*: *in ras. scr.* H. **interficiet** *cum gr.* (ℵ)ABP *min.*[8] ἀνελεῖ: *gr.* ℵ* ἀναλοῖ, D*FG 17. 67** ἀνελοῖ, D[c]EKL *al. pler.* ἀναλώσει. spiritum Z* *e.* horis C, ori[s] L. **sui** (αὐτοῦ): *om. Cassiod. disc.* **destruet** (dext. CM, dist. DOPS) *etiam Hieron.* (iv. 1020), *gr.* καταργήσει: euacuabit *Tert. Hil. Hieron.* (vi. 894) *Aug.* (iv. 874, vii. 536, 596) *Pel.*[B]; destruet uel euacuabit *g*; *deinde* + eum *Hil.* **inlustratione** (illustrat. W *vg.*, inlustrac. P, illustradit. M) *etiam Hieron.* (i. 883), *cf.* inluminatione D *g*[1] *Orig.* (*int.* iii. 859) *Hieron.* (iv. 1020, vi. 894) *Aug.* (ii. 874, vii. 536, 596), aspectu *d e*, apparentia *Tert.*, praesentia *Iren.* (*Mass. p.* 182 *bis*, *p.* 323) *Hil.*, manifestatione *Tyc.* (*reg.* 3), *cum gr. fere omn.* τῇ ἐπιφανείᾳ: inlustrationem BΘ*Z*, *cf.* inluminationem *g**, *cum gr.* D* τὴν ἐπιφανείαν. **aduentus sui,** *gr.* τῆς παρουσίας αὐτοῦ: praesentiae suae *Ambrst. Aug.* (iv. 874, vii. 536, 596). *Disting.* aduentus sui • eum: cuius 𝔓𝔖ℭ.

9. **eum,** *cf.* illum *d e Iren.* (*Mass. p.* 182 *semel*), eum uel illum *g*: *om.* CTU *Bentl. f Iren.* (*Mass. p.* 182 *semel ut udtur*, *p.* 323) *Tert.* (*res.* 24) *Ambrst. Pel.*[A] *et gr. non expr.* **aduentus** (s *ex* m M), *gr.* παρουσία: praesentia *d e Aug.* (vii. 596, 598). saecundum S. **operationem** (hoperat. C, operac. P), *gr.* ἐνέργειαν: opera D *Pel.*[B] satane L*MZ*, sathanae C, sathane W. homni C. **uirtute** (δυνάμει): potestate *Ambrst.* (*lemm.*, *sed in comm. libere* signorum uirtutibus). **et** *pr.*: *om.* ACNTZ* *Pel.*[A] *Tyc.* (*reg.* 3) *cum gr.* 17. **signis et prodigiis** (-dignis M*), *cf.* s. et portentis *Iren.* (*semper*) *Ambrst.*, s. atque portentis *Tert.* (*res.* 24), s. et ostentis *Tert.* (*Marc.* v. 16), *cum. ord. gr.* σημείοις καὶ τέρασιν: > prodigiis et s. *Pel.*[B] **mendacibus** (-tibus Z*): mendacii *d e Iren.* (*Mass. p.* 182 *bis*) *Tert.* (*res.* 24, *Marc.* v. 16) *Ambrst. Aug.* (vii. 597, 598) *et* falsitatis *Tyc.* = *gr. omn.* ψεύδους, *cf.* mendaciorum *Iren.* (*Mass. p.* 323). *Libere Tert.* (*anim.* 57) 'satanas . . . signaque portentiosiora editurus'.

Uerss. 8 *et* 9 > *Iren.* (*Mass. p.* 182 *semel*) 'et tunc reuelabitur iniquus, cuius est aduentus secundum operationem satanae in omni uirtute et signis et portentis mendacii, quem dominus iesus interficiet spiritu oris sui et destruet praesentia aduentus sui'.

10. **et**: *om.* A. **in** (ἐν): *om. Iren.* (*Mass. p.* 323) *Pel.*[B] homni C. **seductione** (sedutione Θ*, seducione Z*; s *eras.* O), *gr.* ἀπάτῃ: fallacia *Ambrst.* **iniquitatis,** *gr.* ἀδικίας: malitiae *Iren.* (*Mass. p.* 323); iniustitiae *Tert.* (*res.* 24). **his** (hiis NSW; iis *vg. cod. caraf. Ambrst.*; eis *Tert.* (*res.* 24)) **qui pereunt** (periunt D), *cf.* pereuntibus *Iren.* (*Mass. p.* 323) *et* pereuntibus uel his qui pereunt *g*, *cum gr.* ℵ*ABD*FG 17. 71 τοῖς ἀπολλυμένοις *tantum*: *gr.* ℵ[c]D[c]EKL *al. pler.* ἐν τ. ἀπ. *apud latinos non redditur.* **eo quod,** *gr.* ἀνθ' ὧν: pro eo q. *Iren.* (*Mass. pp.* 323, 326) *Orig.* (*int.* iii. 863) *Ambrst. Hieron.* (iv. 294) *Aug.* (vii. 597, 598, x. 634, 742); propter q. *g*; propterea q. *Tert.* (*Marc.* v. 16). **caritatem** (kcar. C, char. *vg.*), *gr.* ἀγάπην: dilectionem D *g Iren.* (*Mass. p.* 323, 326) *Tert.* (*Marc.* v. 16) *Ambrst. Aug.*; dilectum *Cypr.* (*laps.* 33; *ep.* lix. 13) *Pacian.* (*par.* 11). **ueritatis** *sine addit. cum gr. plur.* ἀληθείας: + christi *d e cum gr.* D*E* Χριστοῦ, *cf. Iren.* (*Mass. p.* 326, *non autem p.* 323) *qui om.* (*ut udtur*) ueritatis, *atque* dei *pro* christi *addit.* > ver. car. O. **receperunt** (recip. DOSZ*) *etiam Cypr.* (*laps.* 33), *gr.* ἐδέξαντο: acceperunt *d e Orig.*; susceperunt *Ambrst Hieron.*, *cf.* susceperint *Tert.* (*Marc.* v. 16); habuerunt

Digitized by Google

11 ideo mittit illis deus
operationem erroris
ut credant mendacio
12 ut iudicentur omnes
qui non crediderunt
ueritati
sed consenserunt iniquitati.

13 Nos autem debemus gratias agere deo semper
pro uobis fratres dilecti a deo
quod elegerit nos deus
primitias in salutem
in sanctificatione spiritus
et fide ueritatis

Cypr. (*ep.* lix. 13). **eo . . . receperunt**: *om.* *deinde* + ne U*. **ut** (hut C, et D) **salui fierent** (-erint Z*), *gr.* εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς: ad hoc ut s. f. *Ambrst.*; ut s. essent *Tert.* (*Marc.* v. 16); ut saluarentur *Hieron.*; *om.* *Orig.*; *deinde* + ipsi (*super* G^{gr} αὐτούς *scr.*) *g.*

11. *Ad init.* + et DHΘ *f g Iren.* (*Mass. pp.* 266, 323, 326) *Tert.* (*Marc.* v. 16) *Ambrst.* *Aug.* (vii. 597, x. 634, 742, *non autem* vii. 598 *ad init. pericopes*) *Pel.*^{B}, + ac *Cypr.* (*laps.* 33, *ep.* lix. 13) *Pacian.* (*par.* 11), *cum gr.* (*exc.* D* 67**) καί. **ideo**, *gr.* διὰ τοῦτο: propterea *Cypr.* (*bis*) *Hieron.* (iii. 393) *Pacian.*; propter hoc *Tert.*; idcirco *Ambrst.*; *om.* *Orig.* (*int.* iii. 863) *Hieron.* (iv. 294) *Aug.* (viii. 562 *ad init. pericopes*) *sine auct. gr.* **mittit** ABFLMRSUZ* *Bentl. Tisch. Iren.* (*Mass. p.* 323 *teste Turner*) *Tert.* (*Marc.* v. 16 *libere semel*) *Cypr.* (*laps.* 33 *cod.* S, *ep.* lix. 13 *cod.* M) *Pel.*^{B}, *cf.* permittit N, *cum gr.* ℵ*ABDFG 17. 67** πέμπει: mittet (mitet D) CDGHΘKOP TVWZ^{c} *vg. cod. caraf. c d dem. diu. e f g Iren.* (*Mass. p.* 266, *p.* 323 *teste Stieren*, *p.* 326) *Cypr.* (*laps.* 33 *codd.* WR, *ep.* lix. 13 *codd. plur.*) *Ambrst.* *Hieron.* (iii. 393, iv. 294) *Aug.* (*semper*) *Pel.*^{A} *Pacian. Cassiod. disc. Sedul. cum gr.* ℵ^{c}D^{c}EKLP *al. pler.* πέμψει, *cf.* erit *Tert.* (*Marc.* v. 16 *semel*) *et* dabit *Orig.* **illis** (αὐτοῖς): eis *Iren.* (*Mass. pp.* 266, 323, 326 *teste Turner*) *Tert.* *Hieron.* (iii. 393, iv. 294); eos *Iren.* (*Mass. p.* 326 *teste Stieren*). **deus** (deo O*; + *ras.* 2 *litt.* U): *om.* *Tert.* *Orig.* *sine auct. gr.* **operationem** (-cionem P), *gr.* ἐνέργειαν: instinctum *Tert.* **erroris** (πλάνης): fallaciae *Tert.* **ut** (hut C) **credant mendacio** (-tio BMUWZ^{c}, -tium Z*, -cia *d*) *etiam Iren.* (*saepius*), *gr.* εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς (*om.* FG *min.*^{3}) τῷ ψεύδει: in hoc ut cr. m. *Ambrst.* *Pel.*^{B}; ut cr. falso *Iren.* (*Mass. p.* 326 *semel*); *om.* *Tert.*

12. **ut** (hut C) *etiam Iren.* (*saepius*) *Aug.* (vii. 598, x. 742) = *gr. omn.* ἵνα: et HΘ^{c} *c dem. Iren.* (*Mass. p.* 326 *semel teste Stieren*) *Hieron.* (iv. 294, *libere* vi. 894) *Aug.* (vii. 597, viii. 562); quatenus *Ambrst.* **iudicentur** = κριθῶσιν: iudicent *Pel.*^{B} **omnes** (hom. C) = ἅπαντες *uel* πάντες: homines *Orig.* (*int.* iii. 863). **qui non crediderunt** (creded. P), *cf.* q. n. crediderunt uel non credentes *g et gr. fere omn.* οἱ μὴ πιστεύσαντες: q. n. credunt DOR, *cf. gr.* K οἱ μὴ πιστεύοντες. **ueritati**: + christo *Cassiod. disc.* **sed** (ἀλλά): et L. **consenserunt iniquitati** (-te P*, inquinati *d*) *etiam Hieron.* (*libere* vi. 894), *cf.* consenserunt uel consentientes iniquitati *g*, *cum gr.* ℵ*BD*FG 17. 37. *al.*^{8} εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ: sibi placent in iniustitia *Cypr.* (*laps.* 33, *ep.* lix. 13) *Pacian.* (*par.* 11), complacuerunt sibi in mendacio *Hieron.* (iv. 294), *cum gr.* ℵ^{c}AD^{c}E KLP *al. pler.* εὐδ. ἐν τῇ ἀδ.; habuerunt uoluptatem iniquitatem *Pel.*^{B}

13. **nos autem** (uero *Ambrst.*) **debemus gratias** (grac. PZ) **agere deo** *etiam Uigil.* (*Uarim.* i. 50) *Pel.*^{B} *cum ord. gr. omn.* ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ: > n. au. gr. deb. ag. deo F; > n. au. deb. deo gr. ag. *Pel.*^{A}; > deb. au. et n. gr. ag. deo *Hieron.* (ii. 159); deb. gr. ag. deo *tantum Uigil.* (*Uarim.* iii. 32); > gr. ag. deb. deo *tantum Ambr.* (*spir. sanc.* iii. 4). **pro** (περί): de *Ambrst.*; *om.* B. **dilecti** *etiam Uigil.* (*Uarim.* iii. 32), *gr.* ἠγαπημένοι: dilectissimi D *g Ambr.* *Pel.*^{B}; electi *Uigil.* (*Uarim.* i. 50). **a** (*om.* S) **deo** *cum gr.* D* ὑπὸ θεοῦ: a domino *Bentl. f g Ambr. Ambrst. Hieron. cum gr. plur.* ὑπὸ (ℵA 37. 39 + τοῦ) κυρίου (FG κυρίῳ); *om.* D. **quod** (ὅτι): eo quod L *dem.*; quoniam *g*; quia *Ambr. Ambrst. Hieron. Uigil.* (*Uarim.* i. 50), *cf.* qui *Uigil.* (*Uarim.* iii. 32). **elegerit** (heleg. C, elig. L, elegeret Z*, elerit O*P*W), *cf.* elegit *Ambr. Hieron. Uigil.* (*Uarim.* iii. 32), *gr.* ℵABDEFGLP 17. 37. *al.*^{8} εἵλατο (F ιδατο) *et* K *al. pler.* εἵλετο: adsumpsit *g Ambrst.*; uocauit *Uigil.* (*Uarim.* i. 50), *cf. uers. seq.* **nos** *sec. codd. plur.* ς *cod. caraf. Bentl. c d diu. e f patt. plur. cum gr.* ℵ*D* *min.*^{8} ἡμᾶς: uos DO 𝔓𝔖ℭ *Tisch. dem. g Ambr. Ambrst. Pel.*^{B} *Cassiod. disc. cum gr. plur.* ὑμᾶς; *cf. Luc. Brug.* '*Non mutes pronomen secundae personae* uos *in primae* nos'. **deus**: *om.* *Uigil.* (*Uarim.* i. 50, iii. 32) *sine auct. gr.* > deus nos *Hieron. contra gr.* **primitias** (-cias BPW) *cum gr.* BFGP 17. *al.*^{6} ἀπαρχήν: ab initio D *d e g Pel.*^{B} *Uigil.* (*Uarim.* iii. 32) *et* a principio *Ambrst. cum gr.* ℵDEKL (A *latet*) *al. pler.* ἀπ' ἀρχῆς, *cf.* ab initio saeculi *Uigil.* (*Uarim.* i. 50). **in salutem**, *cf.* ad salutem W *d e Ambrst.*, *cum gr. omn.* εἰς σωτηρίαν: in salute NPR *Pel.*^{B} **in sanctificatione** (-cione P) = *gr. omn.* ἐν ἁγιασμῷ: in sanctificationem NZ* *Ambrst. Pel.*^{A} *Uigil.* (*Uarim.* i. 50, iii. 32).

Digitized by Google

14 in qua et uocauit uos per
euangelium nostrum
in adquisitionem gloriae
domini nostri iesu christi.
15 Itaque fratres state
et tenete traditiones
quas didicistis
siue per sermonem
siue per epistulam nostram
16 ipse autem dominus noster
iesus christus
et deus et pater noster
qui dilexit nos et dedit
consolationem aeternam
et spem bonam in gratia
17 exhortetur corda uestra
et confirmet in omni opere
et sermone bono.
III. 1 De cetero fratres orate
pro nobis
ut sermo domini currat et clari-
ficetur sicut et apud uos

---

spiritus: + sancti *Hieron. sine auct. gr.* **fide** *codd.* 𝔓 *cod. caraf. Bentl. Tisch. uett. patt. plur.*, *cf.* in fide ϛ𝔖ℭ, *cum gr. fere omn.* πίστει: fidei *Pel.*^{A} *Uigil.* (*Uarim.* i. 50) *cum gr.* 17 πίστεως; fidem *Ambrst. sine auct. gr.*

14. **in qua** *codd. plur.* 𝔖ℭ *Tisch. dem. f g*, *cf.* in quo *Uigil.* (*Uarim.* i. 50), *contra gr.*: ad quod G *Bentl. et* in quod *d e cum gr. omn.* εἰς ὅ; in quam DWϛ𝔓 *cod. caraf. c diu. Ambrst.*; *cf. Luc. Brug.* '*Quidam legunt* in quam, *quidam* ad quod'. **et** *cum gr.* ℵFGP 37. *al.*^{6} καί: *om.* DR *d e Ambrst. Pel.*^{B} *Uigil. cum gr.* ABDEKL *al. pler.* **uos** *cum gr. plur.* ὑμᾶς: nos Z* *d e f Uigil. cum gr.* ABD* 19. 23. 48 ἡμᾶς, *cf. Luc. Brug.* '*Sed male omnino illi qui scribunt pronomen primae personae* nos'; eos W. aeuanguelium D, aeuuangelium L* (u *sec. eras.*). **nostrum** (ἡμῶν): *om. gr.* 17. **adquisitionem** (acquisit. 𝔓𝔖ℭ, aquisit. H, adquisionem P), *cf.* optionem *d e*, adoptionem *Uigil.*, constitutionem D *g Sedul.*, *cum gr. omn.* περιποίησιν: acquisitione (adquissit. S) Sϛ. glorie W. ihesu C.

15. tenite P. **traditiones** (-ciones P, -tionis A*, tradiones R, d *ex* t B) *sine addit. cum gr. plur.* παραδόσεις: + nostras D *d e Ambrst. Pel.*^{B} *cum gr.* D*E* 44 ἡμῶν (17 ὑμῶν). **quas**: + cre *eras.* M. **didicistis** (didisc. B, dedic. DO*SZ*) = ἐδιδάχθητε: accepistis *Pel.*^{A} **siue** *pr.*: seue M*. **per sermonem**, *gr.* διὰ λόγου: p. uerbum D *f g Ambrst. Pel.*^{B} *Uigil.* (*Uarim.* i. 49). **siue** *sec.*: *bis scr.* P. epistolam BCG^{c}HΘKNOPUVZ^{c} *vg.*, aepistulam L, aepistolam DS. nostrum G*.

16. **autem** (δέ): *om. Uigil.* (*c. Ar. Sab. etc.* ii. 45, *non autem Uarim.* i. 49). **dominus**: + deus S *sine auct. gr.* **noster** *pr.* (ἡμῶν): *om. Uigil.* (*Uarim.* i. 49, *non autem c. Ar. Sab. etc.* ii. 45) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 825). **iesus** (ihe. C) **christus** *cum gr. plur.* Ἰησοῦς Χριστός: > *gr.* B Χρ. Ἰη. **deus**: *om.* CT *contra gr.* **et** *sec.* AFGHOPRWZ^{1} *vg. cod. caraf. Bentl. Tisch. d dem. diu.* *e Uigil.* (*Uarim.* i. 49) *etc.*, *cf.* ac *Ambrst.*, *cum gr.* AD^{c}EKLP *al. pler.* καί: *om.* BCDΘKLMNSTUVZ* *c diu.*^{c} *f g Pel.*^{B} *Uigil.* (*c. Ar. Sab. etc.* ii. 45) *Cassiod. cum gr.* ℵBD* FG 17. 73. 238. **noster** *sec. cum gr. omn.* ἡμῶν: domini D; *om.* L *Pel.*^{A} *Uigil.* (*c. Ar. Sab. etc.* ii. 45, *non autem Uarim.* i. 49). **dilexit** (del. Θ* *ut uidetur*): + d M. **nos**: *in ras. scr.* Z^{c}. **dedit**: + nobis W *sine auct. gr.* **consolationem** (consolac. P, consulat. DS), *gr.* παράκλησιν: exhortationem *d e.* eternam MW. **in gratia** = *gr. omn.* ἐν χάριτι: in (et O) gratiam (-ciam P) BFKMOPSZ* *diu. Pel.*^{B}

17. *Ad init.* + et F *Pel.*^{B} *sine auct. gr.* **exhortetur** (exort. CLOPSTZ*), *gr. plur.* παρακαλέσαι, FG* παρακλησῃ, G^{c} παρακλεσῃ, D* παρακαλεισθαι: hortetur *Pel.*^{B}; consoletur (consul. D) DF$^{mg.}$ R *g Ambr.* (*fid.* ii. 10) *Ambrst.*; *deinde* + in *exp.* W. **corda uestra** *cum ord. gr.* ℵA τὰς καρδίας ὑμῶν: > u. c. *d e g cum gr. plur.* ὑμῶν τ. κ. **confirmet** (c *sup. lin.* O), *cf.* stabiliat *Ambrst.*, *sine addit. cum gr.* ℵABD*E*FGP *al.*^{10} στηρίξαι: + ὑμᾶς *gr.* D^{c}E**KL *al. pler.* homni C. **opere** (hop. C) **et sermone**, *cf.* op. et uerbo D *Ambrst. Pel.*^{B}, *cum ord. gr.* ℵABDELP *al. plus*^{10} ἔργῳ καὶ λόγῳ: > sermone et opere *f*, *cf.* uerbo et op. *g*, *cum ord. gr.* FGK *al. pler.* λ. καὶ ἔργῳ; *gr.* 17 ἔργῳ *tantum apud latinos non redditur.*

III. 1. **de cetero** (caet. DSϛ𝔓), *gr.* τὸ (*om.* FG) λοιπόν: quod reliquum est *Ambrst.* **fratres orate** (hor. C) **pro nobis** (uob. O*) *cum ord. gr.* FG 120. *al.*^{3} ἀδελφοὶ προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν: > or. p. nob. fr. *d e cum ord. gr.* DE 73 πρ. περὶ ἡμ. ἀδ.; *ord. gr. plur.* πρ. ἀδ. περὶ ἡμ. *apud latinos non inuenitur.* hut C. **sermo** (λόγος): uerbum *g Ambr.* (*ps.* 43) *Ambrst. Aug.* (ii. 808) *Pel.*^{B} **domini** *etiam Bentl. cum gr.* ℵABDEKL *al. pler.* κυρίου: dei AUVW *vg. cod. caraf. Tisch. dem. g cum gr.* FGP 17 θεοῦ. curat A*. **clarificetur**, *gr. plur.* δοξάζηται, L *al. pauc.* δοξάζεται, FG* δοξάσθηται: magnificetur D *d e*; glorificetur *Aug. Pel.*^{B} *Sedul.*; magnificetur uel glorificetur *g.* **sicut** (-uti C): *bis scr.* W. **et** (καί): etiam *d e Aug.* aput FGLMN.

25. **cum modestia** (-iam A*Z*) *etiam e Orig.* (*int.* iii. 878) *Aug.* (x. 753, 755), *cf.* commodestia G, cum mansuetudine *Orig.* (*int.* ii. 168) *Hieron.* (vii. 507), *cum gr.* FG *σὺν πραΰτητι*: in modestia *Aug.* (*undecies*), *cf.* in mansuetudine *Hieron.* (vii. 699), *cum gr. plur.* *ἐν πρ.*; cum inmodestia *d*; modestum *tantum Ambrst.*; cum omni modestia '*Cypr.*' (*App. p.* 201 = *sing. cler.* 24) *sine auct. gr.* **corripientem** (-te *d*), *cf.* corripiens *libere Orig.* (*int.* ii. 168), disciplinantem *g*, corrigentem *Ambrst.*, *gr.* *παιδεύοντα*: docentem D *Orig.* (*int.* iii. 878) *Ambr.* (*abrah.* ii. 30, *fid.* v. *prol.*) *Pel.*[B]; erudientem *Hieron.* (vii. 507, 699); *deinde* + etiam *Hieron.* (vii. 507) *contra gr.* **eos** (*om. Ambr. abrah.* ii. 30, *non autem fid.* v. *prol.*) **qui resistunt**, *cf.* eos q. diuersa sentiunt *Ambrst.*, eos q. contra ueniunt *Hieron.* (vii. 699), eos q. e contra disputant *Hieron.* (vii. 507): resistentes *g*, *cf.* diuersa sentientes *Aug.* (*semper*), *gr. plur.* *τοὺς ἀντιδιατιθεμένους* (C 116 *-διαθεμένους*) *et* E[mg.]FG *ἀντικιμένους* (*sic*); *deinde* + ueritati DFΘKMNOSU[c] *vg.* (*non autem cod. caraf. Bentl. Tisch.*) *c f Cassiod. disc.*, + ueritatem L, *sine auct. gr.—ex cap.* iii. *uers.* 8. **ne quando** (quondo S*; nequando *uno uerbo* ϛ𝔓𝔖) *etiam Aug.* (x. 753, 755 *semel*), *gr.* *μήποτε*: ne aliquondo S[c]; ne forte DN *d e g* '*Cypr.*' *Aug.* (*sedecies*); si quando *Ambrst.*; ut '*Aug.*' (v. *App.* 111). **det** (et K; + *ras.* 2 *litt.* Θ; et *in ras. scr.*, *deinde* + *ras.* 2 *litt. sup. lin.* Z) **illis** (eis *Aug.* x. 753) **deus** (dominus B) *etiam Bentl. Tisch. cum ord. gr. omn.* *δῴη* (ℵ[c]D[c]EKLP 17. *al. pler.* *δῷ*) *αὐτοῖς ὁ θεός*: > det deus illis D; > deus det illis *vg. cod. caraf. Ambr.* (*abrah.* ii. 30). **paenitentiam** (poen. D *vg.*, pen. CG*KLMOU; paetenciam P) = *gr. paene omn.* *μετάνοιαν*: patientiam *lapsu* S*, *cf. autem ambas lectiones coniunctas* patientiam paenitentiam *Pel.*[B]; *om. omnino dem. cum gr.* ℵ*. **ad** (+ c W) **cognoscendam** (cognusc. Z*; ignoscendam F*) **ueritatem** (*om.* S) *etiam Aug.* (*saepius*), *cf.* ad agnoscendam ueritatem *diu.*, ad cognoscendam uel infinitiuum ueritatem uel in cognoscenda ueritate *g*, in agnitionem ueritatis *Ambrst.*, *et gr. omn.* *εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας*: *om. plane Aug.* (ii. 656, 892, v. 796, vii. 642); *gr.* A + *ἐλθεῖν—ex cap.* iii. *uers.* 7, *non autem latt.*

26. **et** = *καί*: ut *dem. Cassiod.* (*P. L.* lxx. 765); donec *Innocent. ap. Aug.* (ii. 640). **resipiscant** (resipesc. Θ[c]L, resipic. H*R; resipiscunt S*) = *gr. paene omn.* *ἀνανήψωσιν* (C 17. 47* *ἀνανήψουσιν*): respiciant uel infinitiuum (*super* G[gr.] *αναvηψωσειν scr.*) *g*; *gr.* D* *ἀναλήμψωσιν apud latinos non redditur.* **a** (*om.* V*) *etiam Aug.* (v. 387, 479, 796, x. 635), *gr.* *ἐκ*: de *d e* '*Cypr.*' (*App. p.* 201

Digitized by Google

uoluntatem.
III. 1 Hoc autem scito
quod in nouissimis diebus
instabunt tempora
periculosa
2 et erunt homines
se ipsos amantes
cupidi elati superbi
blasphemi
parentibus inoboedientes
ingrati scelesti
3 sine adfectione sine pace
criminatores
incontinentes inmites

= *sing. cler.* 24) *Aug.* (*nonies*) *Innoc. ap. Aug.* diabuli CDG*SZ*. **laqueis** (-quaeis GH): laqueo *g*; *gr.* παγίδος. **a quo capti** (i *ex corr.* H) **tenentur** *etiam Bentl. cod. caraf. Tisch. Aug.* (v. 479 *text.*) *et* a quo captiui t. COT *vg. diu.* '*Cypr.*' *Aug.* (*quinquies et nonnulli MSS. ap.* v. 479) *Innoc. ap. Aug. contra gr.*, *cf. Luc. Brug.* '*Non scribas participium* capti *pro nomine* captivi': > captivati (capti 3 *MSS. ap. Cassiod.*) ab ipso *Aug.* (ii. 89, 123, ix. 393, 480) *Cassiod. cum gr.* ἐζωγρημένοι (P ἐζωγρισμένοι, F εξωγρημενοι, G εξ ω γρημενοι) ὑπ' αὐτοῦ; a quo capti tenentur (tentur *d*; > ten. capti *Ambrst.*) ab (ad *e*) eo *d e Ambrst.*, *cf.* a quo (*super* G[gr.] εξ ω *scr.*, *uide supra*) capti uel captiui tenentur sub eo *g*. **ad** (ab BZ*) **ipsius uoluntatem** (uolumt. L*, uolumpt. C, uolupt. K) *etiam Aug.* (v. 479), *cf.* in ips. u. *Aug.* (ii. 89, 123, ix. 393), *cum gr.* εἰς (FG ἐκ) τὸ ἐκείνου (G* -ον) θέλημα: secundum ipsius u. *d e Aug.* (*sexies*) *Innoc. ap. Aug. Cassiod.*, *cf.* secundum eius u. '*Cypr.*' *et* secundum ipsius uel illius u. *g*.

III. 1. **scito** (scit R, scio *d*; *om.* O*) *cum gr. plur.* γίνωσκε: scitote *g Aug.* (ii. 749) *cum gr.* AFG 17. *al.*[3] γινώσκετε (FG 17. 116 -εται); disco L* *et* dico L[c] *sine auct. gr.* **quod** (quot H, d *sup. lin.* L), *gr.* ὅτι: quoniam *g m Aug.* (ii. 749) *Pel.*[B] *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1354); quia *Ambrst. Sedul.* **nouissimis** (nob. L*, no *sup. lin.* S, m *in ras. scr.* U) **diebus** (debunt M*) *etiam Hieron.* (vi. 516) *Aug.* (ii. 749, 750), *cf.* n. temporibus *Capitula* CHΘTU (*uide supra p.* 621) *m Hieron.* (vi. 713) *Aug.* (ii. 744, iv. 1212, v. 1288) *Pel.*[B] *Uigil.* (*c. Eutych.* v. 1) *Cassiod.*, *cum ord. gr. omn.* ἐσχάταις ἡμέραις: > diebus n. *Cassiod. disc.* **instabunt** *etiam Hieron.* (vi. 713), *cf.* stabunt OT, *gr.* ἐνστήσονται: aduenient *d e m Lucif.* (*mor.* 10) *Hieron.* (vi. 516); aderunt *Cypr.* (*cath. eccl. un.* 16); erunt *Cassiod.* **tempora periculosa** (-ossa D, -olosa M*) *etiam Hieron.* (vi. 516) *Aug.* (ii. 744, 750, v. 1288), *gr.* καιροὶ χαλεποί: t. pessima *Hieron.* (vi. 713); t. molesta *Cypr.*; t. saeua *Aug.* (iv. 1212, *et diserte* ii. 749 't. saeua *uel sicut alii codices habent* periculosa'). **inst. temp. per.**: *om.* S.

2. **et erunt** *etiam* Z[1] *Hieron.* (vi. 713), *cf.* erunt enim *g Ambrst. Hieron.* (vi. 516) *Aug.* (*septies*) *et gr. omn.* ἔσονται γάρ: erunt *tantum* CS*TZ*𝔖𝔈 *d dem. e m Cypr.* (*cath. eccl. un.* 16) *Lucif.* (*mor.* 10) *Optat.* (vii. 4) *Aug.* (v. 1288) *Pel.*[B] **se ipsos** (seipsos *uno uerbo vg.*) **amantes** *etiam Hieron.* (vi. 516), *cf.* > am. se ip. *g et gr.* φίλαυτοι: sui (+ tantum *Ambrst.*) amatores *Ambrst. Hieron.* (vi. 713); sibi placentes *Cypr.* **cupidi** *etiam Hieron.* (vi. 516), *cf.* c. diuitiarum *Pel.*[B]: auari *d e Ambrst. Hieron.* (vi. 713); amatores pecuniae *Aug.* (*semper*), *cf. gr.* φιλάργυροι (G φιλαυγοι). **elati** (ael. C), *gr.* ἀλαζόνες (FG αλαζοντεσ, 115 ἀλαλάζοντες): fastidiosi *d e m* (*uide infra*) *Lucif.* (*uide infra*) *Hieron.* (vi. 516), *cf.* fastidiosi uel elati *g*; insolentes *Ambrst.*; arrogantes *Hieron.* (vi. 713); gloriantes sibi *Optat.*; *om.* R *Uigil.* (*c. Eutych.* v. 1) *sine auct. gr.* superui L*. **blasphemi** (-femi DOS): *om. f.* > cupidi superbi fastidiosi *m Lucif.*, > superbi tumidi cupidi *Cypr.*, *contra ord. gr.* **inoboedientes** (-oedentes D) *cum* ABDF*GΘKMSVZ[c] *Bentl. Tisch. e g*, *gr.* ἀπειθεῖς: non oboedientes (hoboed. C, obed. UWZ* *vg.*; oboediens L*, *deinde corr.* L[1]) CF[c]LNOPRTUWZ* *vg. cod. caraf. c d dem. diu. f m Lucif. Optat. Hieron.* (vi. 517, 713) *Aug.* (ii. 749, iii. 2. 817) *Pel. Uigil. Cassiod. disc. Sedul.*, *cf.* non inoboedientes *lapsu* H; non obsequentes *Ambrst.*; in dicto non audientes *Cypr.* **ingrati** = *gr. paene omn.* ἀχάριστοι: *gr.* C* ἄχριστοι *et* K 37 ἄχρηστοι *apud latinos non redduntur.* **scelesti** (scael. BV, scelestes N, esti *ex corr.* H), *gr.* ἀνόσιοι: impii *Cypr. Ambrst.*

3. **sine adfectione** (*cum* AD, aff. *codd. plur.*), *gr.* ἄστοργοι: sine affectu *Cypr.* (*cath. eccl. un.* 16) *Optat.* (*infra*) *Pel.*[B] (*infra*) *Uigil.* (*infra*) *Sedul.*; sine dilectione *Ambrst.* (*infra*). **sine pace** *etiam Hieron.* (vi. 713), *gr.* ἄσπονδοι: sine foedere *Cypr.*; sine fide *d e Ambrst.* (*infra*) *Lucif.* (*mor.* 10) *Uigil.* (*infra*); perfidi *g* (*infra*) *Uigil.* (*infra*); infideles *m* (*infra*) *Pel.*[B] (*infra*); pactum (pacem *Optat. Pel.*[B] *Uigil.*) non custodientes D (*infra*) *g* (*infra*) *Optat.* (*infra*) *Hieron.* (vi. 517) *Pel.*[B] (*infra*) *Uigil.* (*infra*), *et cf. m* (*infra*). **criminatores** (criamin. A*, cremin. DS), *gr.* διάβολοι: detractores (detractare *m*) *d e m* (*infra*) *Lucif. Optat.* (*infra*) *Aug.* (*infra*); delatores *Cypr. Hieron.* (vi. 517); accusatores *Hieron.* (vi. 713). **incontinentes** (*in ras. scr.* G, inconten *tantum* P) *etiam Hieron.* (vi. 517), *gr.* ἀκρατεῖς: intemperantes *Hieron.* (vi. 713); *om. plane Optat.* (*infra*) *contra gr.* **inmites** (imm. HM*W *vg.*),

Digitized by Google

sine benignitate [4] proditores
proterui tumidi
uoluptatium amatores
magis quam dei
[5] habentes speciem quidem
pietatis
uirtutem autem eius abnegantes
et hos deuita
[6] ex his enim sunt qui pene-
trant domos
et captiuas ducunt mulier-
culas oneratas peccatis
quae ducuntur uariis desi-
deriis [7] semper discentes

---

gr. ἀνήμεροι: crudeles *Hieron.* (vi. 713, *non autem* 517). **s. adfectione s. pace crim. incont. inm.** *cum ord. gr. plur.* ἄστοργοι (ℵ 238 *om.*) ἄσπονδοι (238 *om.*) διάβολοι ἀκρατεῖς ἀνήμεροι: > perfidi uel pactum non custodientes (*super* G[gr.] αστοργοι *scr.*) s. affectione (*super* G[gr.] ασπονδοι *scr.*) crim. incont. inm. *g*, > s. fide s. dilectione crim. incont. inm. *Ambrst.*, > irreligiosi s. affectione detractores incont. inm. *Aug.* (ii. 749, iii. 2. 817), *et cf.* > pacem non custodientes s. adfectu detractores inmites *Optat.* (vii. 4), *cum ord. gr.* DE 37. 73. *al.*[2] ἄσπονδοι ἄστοργοι δ. ἀκρ. ἀνήμ.; *bis reddunt* ἄσπονδοι *et* > *ut udtur* pactum non custodientes s. adfectione s. pace crim. incont. inm. D, infideles s. affectione pactum custodientes detractare incont. inm. *m*, infideles s. adfectione crim. incont. pacem non custodientes inm. *Pel.*[B]; *ter reddit* ἄσπονδοι *et* > perfidi s. fide sine affectu crim. pacem non custodientes et caetera *Uigil.* (*c. Eutych.* v. 1). **sine benignitate** (-em Z*, begnitate G*S) *etiam Hieron.* (vi. 517), *gr.* ἀφιλάγαθοι (A φιλ.): s. benignitate uel non benigni *g*; bonum non amantes *Cypr.*; bonorum inimici *Ambrst.*; odio habentes bonorum *Hieron.* (vi. 713).

4. **proterui** (-bi F, propterpi M*) *etiam Hieron.* (vi. 517), *gr.* προπετεῖς: procaces *Cypr.* (*cath. eccl. un.* 16) *Aug.* (ii. 749, iii. 2. 817); temerarii *Hieron.* (vi. 713). **tumidi** (tim. C), *gr.* τετυφωμένοι: inflati *d e Lucif.* (*mor.* 10) *Hieron.* (vi. 517, 713), *cf.* stupore inflati *Cypr.*; caecati *Aug.* (ii. 749, iii. 2. 817)—*legens* τετυφλωμένοι?—*cf.* tumidi caeci ϛ; *deinde* + et *vg. cod. caraf.* (*non autem Bentl. Tisch.*) *sine auct. gr.* > tumidi proterui *diu.* **uoluptatium** (um *in ras. scr.* B) **amatores magis quam dei** ABF*GLM*N*P[c]R *Tisch. et* uoluptatum (uolunt. DOS *m*) am. m. q. dei (dñi K*) *codd. plur. vg. cod. caraf. Bentl. c dem. diu. f m Lucif. Hieron.* (vi. 517, 713) *Aug.* (ii. 749, iii. 2. 817) *Pel. Cassiod. disc.*, *gr.* φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι: > amatores uoluptatum m. q. dei *Ambrst.*; > uoluptatium m. q. amatores dei *d e*; > amatores uoluntatum m. q. amatores dei *g*, *cf.* amatores uoluptatis m. q. amatores dei *libere Hieron.* (v. 909); > uoluptates m. q. deum diligentes *Cypr. et* uoluptatem m. q. deum amantes *Orig.* (*int.* iii. 106).

5. **habentes** (h *in ras. scr.* U; habentem *d e*) = ἔχοντες: qui habent *Orig.* (*int.* iii. 106); *deinde* + autem *Paulin. ap. Aug.* (ii. 358), + ||||si R, *sine auct. gr.* **speciem** (*in ras. scr.* U; spem C) **quidem** (dem *in ras. scr.* B) **pietatis** (piaet. U, tis *in ras. scr.* M) *codd. plur. vg. cod. caraf. Tisch. c diu. f Pel.*[A], *et* > q. sp. p. A *dem. Ambrst.* (*in I Cor.* vii. 35) *Pel.*[B] *Cassiod. disc. contra gr.*: speciem pietatis (*sine* quidem) S *Bentl. d e Lucif. Aug.* (ii. 749, iii. 2. 817) *Paulin. ap. Aug. Sedul.*, *cf.* formam p. D *g m Ambrst. Hieron.* (vi. 713) *Aug.* (*octies*), deformationem p. *Tycon.* (*reg.* 6), deformationem religionis *Cypr.* (*cath. eccl. un.* 16), figurationem p. *Orig.*, *cum gr.* μόρφωσιν εὐσεβείας *tantum*; *euan.* R. **uirtutem autem** (*arte in ras. scr.* Z) *etiam Aug.* (*septies*), *cf.* sed u. *Aug.* (v. 47) *et gr. paene omn.* τὴν δὲ δύναμιν: u. (*sine* au.) *Aug.* (iv. 422) *Paulin. ap. Aug. Pel.*[A*] *cum gr.* G* τὴν δύν. *tantum.* **eius**, *cf.* ipsius *d e Lucif.*, *cum gr. omn.* αὐτῆς: *om.* U. **abnegantes** (-entes BZ*, *deinde corr.* Z[1]): denegantes *Hieron.*; negantes *d e m Orig. Lucif. Tycon.*; *gr.* ἠρνημένοι. **et hos** (hoc *d e*) **deuita** (diu. DFO) *cum gr. omn.* καὶ τούτους ἀποτρέπου: *om. plane Cypr.*; *deinde* + et coniungere cum hiis qui in lege dñi meditantur (-abantur N*) N—*cf.* Ps. i. 2.

6. **ex** = ἐκ: et *d.* hiis NSW, is L*. **enim** = γάρ: *om. m Cypr.* (*cath. eccl. un.* 16) *sine auct. gr.* **qui penetrant** (poenet. D, penit. O, pet. F*, p *ex* b M): q. inruunt *Pel.*[B]; q. repunt *Cypr.* '*Cypr.*' (*App. p.* 204 = *sing. cler.* 27); q. irrepunt *Ambrst.*; q. introierunt *libere Hieron.* (i. 110); q. repunt uel intrant uel repentes *g*, *cf. gr.* οἱ (61 *om.*) ἐνδύνοντες (73 *al.*[3] εἰσδ.); *deinde* + in *g Cypr.* '*Cypr.*' *Ambrst. Pel.*[B] *cum gr. omn.* εἰς. **domos** (-us DG*SZ* *g*[1]) = οἰκίας: domo R. **et captiuas ducunt** (u *pr. ex* i MO, ducant L), *cf.* et in captiuitatem d. *Iren.* (*Mass. pp.* 2, 18): et captiuas ducentes *Hieron.* (iv. 671), *cf.* et captiuas ducunt uel tes *g et gr.* καὶ αἰχμαλωτίζοντες *uel* κ. αἰχμαλωτεύοντες; et praedantur *Capitula* B (*uide supra p.* 621) *Cypr.*; *libere citant* et deceperunt (-erint *Hilb.*) *Hieron.* (i. 110), ut seducat *Hieron.* (iv. 860), seduxerunt *Iren.* (*Mass. p.* 65). **mulierculas**: + *ras.* 1 *lit.* U. honeratas CDHLN*PSVZ[c] (-atis Z*), honoratas G. **quae** (que LMO) **ducuntur** (u *pr. ex* i M): + a G *Ambrst. sine auct. gr.* **uariis desideriis** (dissid. D, desideris S; sideriis *in ras. scr.* G) *etiam Hieron.* (iv. 671)

Digitized by Google

et numquam ad scientiam
ueritatis peruenientes
8 quemadmodum autem
iamnes et mambres
restiterunt mosi
ita et hi resistunt ueritati
homines corrupti mente
reprobi circa fidem
9 sed ultra non proficient
insipientia enim eorum
manifesta erit omnibus
sicut et illorum fuit.
10 Tu autem adsecutus es
meam doctrinam
institutionem propositum
fidem longanimitatem

---

contra ord. gr.: > d. u. *g Hieron.* (iv. 761) *cum ord. gr.* ἐπιθυμίαις ποικίλαις; *gr.* A + καὶ ἡδοναῖς, *non autem latt.—cf.* Tit. iii. 3.

7. **discentes** = μανθάνοντα: dicentes S. **numquam** (nunq. WZϚꝐ) **ad** (et S*) **scientiam** (scienc. P, sient. S*, scientiiam Z*) **ueritatis peruenientes,** *cf.* n. ad sc. u. peruenire possunt *d e*, n. ad sc. u. uenire potuerunt *g*, *et ord. gr.* μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα: > ad sc. u. n. peruenientes *Aug.* (iii. 2. 670) *Cassiod.* (*P.L.* lxx. 473), > ad u. sc. n. peruenientes *Aug.* (iv. 685, x. 378), *contra ord. gr. Libere citat uersum Iren.* (*Mass. p.* 317) 'semper quaerentes et numquam uerum inuenientes'.

8. **quemadmodum** (-ammodum BHRT) **autem,** *cf.* q. enim S *m Sedul.*, sicut enim *Aug.* (*semper*), > et quomodo *Cypr.* (*cath. eccl. un.* 16), > quia sicut *Pacian.* (*ep.* iii. 21), *cum gr.* ὃν τρόπον δέ: quemadmodum (-ammodum O) *tantum* O *c* *Pel.*^{B} *et* sicut *tantum Orig.* (*int.* iii. 848, 916) *sine auct. gr.* **iamnes** (ia'nes T, iampnes *Pel.*^{B}) *codd. plur. Tisch. c dem. diu. m Orig.* (*int.* iii. 916) *Cypr.* (*cath. eccl. un.* 16 *codd.* RG) *Aug.* (ii. 140, viii. 146, 259) *Sedul. contra gr.*: iannes F*GHM *vg. cod. caraf. Bentl. d e f g Orig.* (*int.* iii. 848) *Aug.* (iv. 271) *et patt. plur. cum gr.* Ἰαννῆς (C* Ἰωάννης). **mambres** (mamres C, mãres T, manbres *Pel.*^{B}) *codd. paene omn. vg. cod. caraf. Bentl. Tisch. uett. Aug.* (ii. 140, iv. 271, viii. 259) *et patt. paene omn. cum gr.* FG Μαμβρῆς *et T. B.* (*Menachoth* 85 *a*) *Midr.* (*Vayyosha Exod.* xiv. 30, *Yalkut Shimeoni ad Exod.* ii. 23) מַמְרֵא *uel* מַמְרֵי: iambres R *Aug.* (viii. 146) *cum gr. plur.* Ἰαμβρῆς, *syr.* ܝܡܒܪܝܣ *et Targ. Yer.* (*ad Exod.* i. 15, vii. 11, *Num.* xxii. 22) *etc.* יַמְבְּרֵים; *de fluctuatione lectionum uide Fabricium* '*Cod. Pseud. U. T.*' *pp.* 813 *seqq.*, *Levy* '*Neuheb. und Chald. Wörterbuch*' III. *pp.* 142, 143, *Strack-Billerbeck* '*Komm. zum N.T. aus Talm. und Midr.*' III. *pp.* 660 *seqq.* **restiterunt** (resist. GS *d g*, ressist. F^c; restituerunt D*F*M), *gr.* ἀντέστησαν: obstitisse *libere Optat.* (vii. 4). **moisi** D, moysi BCFΘKLNP^cSTUVWZ *vg.*, moyse MP*, mosij R. **ita** (οὕτως): sic *d* (*non autem e*) *Orig.* (*int.* iii. 848) *Cypr. Lucif. Aug.* (*semper*). **et** (καί): *om.* O. **hi** (hii CDFHLMNOPST WZ*), *gr.* οὗτοι (F αὐτοί): isti *c Orig.* (*int.* iii. 848) *Aug.* (*semper*) *Pel.*^{B} **resistunt** *cum gr. paene omn.* ἀνθίστανται (D* ἀντ.): resisterunt R, *cf. gr.* 17. 238 ἀντέστησαν; resistent *Lucif. sine auct. gr.* **corrupti** (corupti D, corrumpu O*, cor *sup. ras. scr.* Z) **mente** (*om. Pacian.*) *cum ord. gr. omn.* κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν: > m. c. *f Aug.* (*semper*) *Prisc.* (*p.* 23); *deinde* + et L *c Pacian. Prisc. sine auct. gr.* **reprobi circa fidem** (fide R) = ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν: naufragi a fide *Prisc.—cf.* I Tim. i. 19; > a deo reprobi *Pacian.* **hom. corr. m. rep.**: *om.* S. **ueritati . . . fidem**: *om. plane Cypr.*

9. **sed ultra** (hu. C) **non proficient** *contra ord. gr.*: > sed n. pr. ultra *g*, > sed n. pr. amplius *Ambrst.*, *cum ord. gr. plur.* ἀλλ' οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον, *cf. etiam* > sed n. pr. plurimum *Cypr.* (*cath. eccl. un.* 16) *et gr. min.*^{6} ἀλλ' οὐ πρ. ἐπὶ πλεῖστον. **insipientia** (-cia P) **enim,** dementia en. *g m Aug.* (*semper*), error (erro *Pel.*^{B}) en. D *Pel.*^{B}, imperitia en. *Cypr.*, *et* ignorantia en. *Ambrst.*, *cum gr.* ἡ γὰρ ἄνοια (A διάνοια): insipientia *tantum Lucif.* (*mor.* 10) *sine auct. gr.* **eorum** (quorum G*), *gr.* αὐτῶν: illorum *dem.* (*uide infra*) *Pel.*^{B} **manifesta** (manifestata *Cassiod. disc.*) **erit** *etiam Aug.* (*saepissime*), *cf.* manifestus erit D, euidens erit *Ambrst.*, *cum gr. plur.* ἔκδηλος ἔσται: manifestus est *Pel.*^{B}, *cf.* manifesta est uel erit *g*, *cum gr.* DFG 3. ἔκδ. ἐστίν; > erit manifesta *Aug.* (ii. 140) *sine auct. gr.* **omnibus** (πᾶσιν): *om. Pel.*^{B}; + hominibus D *sine auct. gr.* **sicut** = ὡς: si S. **et** (*in ras. scr.* Z^1) = *gr. omn.* καί: *om.* G *Pel.*^{B} **illorum** = ἐκείνων: eorum *dem.* (*uide supra*); aliorum *Sedul.* **fuit** (ἐγένετο): fuit uel fuerit *g*.

10. **autem,** *cf.* uero *Ambrst.*, *cum gr. omn.* δέ: *om.* S*. **adsecutus** (adsequut. Θ, adsaecut. S,
uel c
adsequt. D, assecut. KTWZ* *vg.*) **es**: *gr.* ℵAC FG 17 παρηκολούθησας (FG ἠκολ.) *et* DEKLP *al. pler.* παρηκολούθηκας. **meam doctrinam** *cum ord. gr.* μοῦ (D* μοι) τῇ (FG *om.*) διδασκαλίᾳ: > d. m. FLM *Ambrst. contra ord. gr.* **institutionem** (instituc. P, instituit. S, tuti *bis scr.* M): institutum uel o *g*; *gr.* τῇ ἀγωγῇ (D* ἀγάπῃ). **propositum** (proposs. S): propositionem HΘ*; propositum uel o *g*; *gr.* τῇ προθέσει. **fidem**: fidem uel ei *g*; *gr.* τῇ πίστει. **longanimitatem** (longuan. D): longanimitatem uel i *g*; *gr.* τῇ

Digitized by Google

dilectionem patientiam
11 persecutiones passiones
qualia mihi facta sunt
antiochiae
iconii lystris
quales persecutiones
sustinui
et ex omnibus me eripuit dominus
12 et omnes qui uolunt pie
uiuere in christo iesu perse-
cutionem patientur
13 mali autem homines et se-
ductores proficient
in peius errantes et in
errorem mittentes.
14 Tu uero permane in his quae

μακροθυμίᾳ. **dilectionem**: caritatem D *d e*; caritatem uel i *g*; *gr.* *τῇ ἀγάπῃ quod om.* A 115. 119, *non autem latt.* **patientiam** (patiaent. L, pacient. KUW, paciencia P): patientiam uel ae *g*; *gr. τῇ ὑπομονῇ.*

11. **persecutiones** *pr.* (persecuc. P, persequut. Θ, persaecut. S), *cf.* persecutiones uel bus *g et gr. omn. τοῖς διωγμοῖς*: persecutionem L *Pel.*^{B} **passiones**, *cf.* passiones uel bus *g et gr. omn. τοῖς παθήμασιν*: passionem *Pel.*^{B} **facta** (ta *in ras. scr.* B) **sunt** (su *in ras. scr.* B): *gr. plur. ἐγένετο et* A *min.*^{6} *ἐγένοντο.* **antiochiae** (-ochie GW, -ochia *d*, -ociae T, -ocie L, anthiociae BΘ*NP, anthiocie Θ^{c}, anthyociae R, hanthiochiae C): in antiochia uel antiochiae *g*, *cf. gr. ἐν Ἀντιοχείᾳ.* **iconii** (hic. C, ich. O *Pel.*^{A}, iconiae TU, iconi||e K, iaconi S): iconio (ich. NR, iech. D) BDF*L MNPRVZ^{c} *Bentl. c d e f Ambrst. Pel.*^{B}; in iconio uel iconio *g*, *cf. gr. ἐν Ἰκονίῳ*; *deinde* + et 𝔖ℭ (*non autem Bentl. Tisch.*) *Ambrst. Cassiod. disc. sine auct. gr.* **lystris** (list. BCDGORSTZ*): in lystris *d e*, *cf.* in lystris uel aduerbium lystris *g*, *cum gr. ἐν Λύστροις. Libere citat Orig.* (*int.* ii. 95) 'quanta mihi acciderunt Iconii, Lystris'. persequutiones Θ, persaecutiones S. sustenui DFPSZ*; + *ras.* 2 *litt.* L. **et** (*καί*): *om.* O*TW *d e Pel.*^{B} **omnibus** (hom. T): + illis D *sine auct. gr.* **me** (*om.* P*) **eripuit** *etiam Bentl. Tisch.*, *cf.* me (*om. Sedul.*) liberauit *d e Sedul.*, *cum ord. gr. με ἐρύσατο*: > eripuit (her. C) me CT *vg. cod. caraf. dem.*, *cf.* liberauit me D *Ambrst.*, *contra ord. gr.* **dominus** *cum gr. plur. κύριος*: deus W *cum gr.* DE *θεός.*

12. *Ad init.* + sed L *Ambrst. Aug.* (*ad init. pericopes* iv. 519, 712, ix. 364, x. 720), + non solum ego sed D, + non solum autem me sed *Pel.*^{B}, *sine auct. gr.* **et** (ed L) *etiam Aug.* (iv. 519, 712, ix. 364, x. 720) *cum gr. omn. καί*: quia *ad init. pericopes* '*Aug.*' (v. *App.* 54); *om. Ambrst. et fortasse Aug.* (*decies*) *ceterique, qui pericopen ad* omnes *incipiunt.* **omnes**: + autem *g*, *cf.* enim *Aug.* (iv. 914), *cum gr. omn. δέ.* **qui uolunt pie** (piae CU) **uiuere in christo iesu** *codd. plur. Bentl. Tisch. c d diu. e f Ambr.* (*ps.* cxviii. *caph* 21, *res* 45) *Ambrst. Pel. etc.*, *cf.* uolentes pie uiu. in (*om. g**, + *g*^{1}) ch. ie. *g et gr.* CDEFGKL *al. pler. οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*: > q. pie uolunt uiuere (bib. D) in ch. ie. (*om. Orig.*) DKOPS *vg. cod. caraf. dem. Orig.* (*int.* ii. 425) *Aug.* (x. 720), *cf.* q. pie uolunt uiu. in hoc saeculo *Hieron.* (iii. 414), *sine auct. gr.*; q. uolunt pie uiu. in ch. (*sine* ie.) *Orig.* (*int.* ii. 145) *Aug.* (iv. 505) '*Aug.*' (v. *App. quinquies*) *Cassiod. disc.*, *cf.* uolentes religiose uiu. in ch. *Hil.* (*ps.* cxviii. *caph* 7) *et gr.* 39. 46 *οἱ θ. εὐσ. ζῆν ἐν Χρ. tantum*; > qui (quicumque *Aug.* vii. 533 *ad init. pericopes*) uolunt in ch. pie (sancte *Caec.*) uiu. *Aug.* (*duodecies*) *Caecilian. ap. Aug.* (ix. 645) *et* > q. in ch. pie uiu. uolunt *Aug.* (ix. 646 *semel*) *contra gr.*; *gr.* ℵAP 17. 37. 71. 8^{po} *οἱ θ. ζῆν εὐσ. ἐν Χρ. Ἰησ. apud latinos non redduntur.* **persecutionem** (persequut. Θ, persaecut. S) **patientur** (pac. PW, patienter G*) *etiam Orig.* (*int.* ii. 425) *Aug.* (*saepissime*) '*Aug.*' (v. *App.* 136, 202 *semel*), *cf.* persecutiones patientur *Orig.* (*int.* ii. 145) *Aug.* (iv. 519), *cum gr. διωχθήσονται*: persecutionem patiuntur KU^{1} (a *in ras. scr.*) *diu. f g Ambr.* (*ps.* cxviii. *res* 45) *Hieron. Aug.* (iv. 914) '*Aug.*' (v. *App.* 53, 54, 202 *semel*, 370) *Pel.*^{B}, *cf.* persecutiones patiuntur *Ambr.* (*ps.* cxviii. *caph* 21) *contra gr.*; persecutionem patiantur *libere Aug.* (ix. 647) *Caec. ap. Aug. et* persecutiones patiantur *libere Aug.* (ix. 646 *semel*); *deinde* + et ab hostibus impugnantur '*Aug.*' (v. *App.* 53, *non autem alibi*).

13. **mali** *etiam Aug.* (iv. 708, ix. 365), *gr. πονηροί*: maligni *Aug.* (iv. 516); nequam *Orig.* (*int.* iv. 671) *Ambrst.* **homines** (*ἄνθρωποι*): *om. Aug.* (iv. 708, ix. 365; *non autem* iv. 516). **seductores** *etiam Aug.* (iv. 516), *gr. γόητες* (D* *γοηται*): deceptores *Ambrst.*; facinorosi *Aug.* (iv. 708, ix. 365). **proficient** *etiam Aug.* (iv. 516, ix. 365) = *gr. omn. προκόψουσιν*: proficiunt TU* *diu.* * *Aug.* (iv. 708). **peius** (poenis *Pel.*^{B}): + ipsi U^{c} *Ambrst. Aug.* (iv. 516, ix. 365, x. 167, 1045) *sine auct. gr.* **errantes** (irr. F*, er *in ras. scr.* Z) **et** (atque U^{c}; *om.* W; *deinde* + alios U^{c} *Aug.* (*semper*)) **in errorem** (errore BFGLP *Pel.*^{B}; *deinde* + multos T, + alios *g*) **mittentes** (indu|mittentes gentes H), *cf.* errantes atque alios erroribus inuoluentes *Ambrst.* (*lemm.*, *sed* ut ceteros in errorem mittant *comm.*), *contra ord. gr.*: > seducentes et errantes *Orig. cum ord. gr. omn. πλανῶντες καὶ πλανώμενοι.*

Digitized by Google

didicisti et credita sunt tibi
sciens a quo didiceris
15 et quia ab infantia sacras litte-
ras nosti quae te possint
instruere ad salutem
per fidem quae est in christo iesu.
16 Omnis scriptura diuinitus
inspirata et utilis
ad docendum
ad arguendum
ad corrigendum
ad erudiendum in iustitia
17 ut perfectus sit homo dei
ad omne opus bonum instructus.
IV. 1 Testificor coram deo
et christo iesu qui iudicaturus est

---

14. **uero** (δέ): autem *Aug.* (iii. 1. 77). **permane** (permamane P*), *gr.* μένε: perseuera *Ambrst. Aug.* **in his** (hiis NSW, iis *vg.*) **quae** (que LMO): in quibus *g* = ἐν οἷς. didiciti L*, didicistis W, dedicisti DO*S. **et**: + quae *Ambrst. sine auct. gr.* **credita** (crededisti M*) **sunt** (*om. Sedul.*) **tibi** *et* > t. cr. s. *Ambrst.*: credidisti *Hil.* (*ps.* cxviii. 1), *cf.* credita sunt tibi uel credidisti *g et gr.* ἐπιστώθης. **a quo** (a quo *in ras.* quae *scr.* Z) *cum gr.* C[c]DEKL *al. pler.* παρὰ τίνος: a quibus *d e g Hil. Ambrst. Pel.*[B] *cum gr.* ℵAC*FGP 17. 71 π. τίνων. **didiceris** (ded. O*PS, dedicieris Z°), *gr.* ἔμαθες: didicisti (ded. D) DZ* *g Sedul.*

15. **quia** (a *sup. lin.* A, qui L), *gr.* ὅτι: quoniam *d e Hieron.* (vi. 960); quia uel quoniam *g*; quod *Hil.* (*ps.* cxviii. 1). infancia PU. **sacras** (-is Z*): *om.* M* *contra gr.* literas Sϛ𝔐. **nosti** = οἶδας (DE -ες): didicisti '*Aug.*' (v. *App.* 190). **quae te possint** *cum* ACGHU* *Tisch. d e Hil. Hieron. Pel.*, *cf.* q. te possent FM, quae (que LO) te (tem L*) possunt *codd. plur. vg. cod. caraf. Bentl. c dem. diu. f Cassiod. disc.*: > quae possunt (posunt D) te D *Ambrst.*; potentes uel quae possunt te *g*; *gr.* τὰ δυνάμενά σε. **instruere** (intr. S*), *gr.* σοφίσαι: erudire *Ambrst.* **ad salutem,** *gr.* εἰς σωτηρίαν: in s. *g Hil.* **per** (*om.* U) **fidem** (*om.* U) **quae** (que O, qu[e] L) **est in christo iesu** (ihesu C), *gr.* διὰ (17. 37 + τῆς) πίστεως τῆς (47. 73. 118 *om.*) ἐν (47 *om.*) Χριστῷ Ἰησοῦ (47 > Ἰησ. Χρ.): *om. Ambrst.*

16. **omnis** (-es G*Z* *d*): + enim ϛ𝔖 *Cassiod. disc. sine auct. gr.* scribtura GLR. **diuinitus inspirata** (spirata C* *Capitula* C (*uide supra p.* 621); instituta F; *om. d e*), *gr.* θεόπνευστος: deo uel diuinitus spirata *g*; a deo diuinitus inspirata D; *deinde* + est P *sine auct. gr.* **et utilis** *cum* AFG* *Bentl. Tisch. d e g et gr. omn.* καὶ ὠφέλιμος: utilis *tantum* MOR; utilis (hut. C, uilis Z*) est (*in ras. scr.* Z) *codd. plur. vg. cod. caraf. c dem. diu. f t Orig.* (*int.* ii. 444, 468) *Hil.* (*c. Const.* 16) *Ambrst. Aug.* (v. 122) *Maxim. ap. Aug.* (viii. 670) *Pel. Cassiod.* (*P.L.* lxx. 19) *Sedul. et* > est ut. *Cassiod. disc.*; et utilis est P. **ad docendum,** *gr.* πρὸς διδασκαλίαν: ad doctrinam *Ambrst.*; ad docendum uel doctrinam *g*. *Libere citat Tert.* (*cult. fem.* i. 3) 'Et legimus omnem scripturam aedificationi habilem diuinitus inspirari'. **arguendum,** *gr.* ℵACFG *min.*[3] ἐλεγμόν *et* DEKLP *al. pler.* ἔλεγχον: corripiendum *d e*; correptionem *Ambrst.*; corripiendum uel arguendum (+ uel correptionem *in mg.*) *g*; increpandum *Orig.* (*int.* ii. 468). **ad** (et S) **corrigendum** (correg. S*) *etiam Bentl. Tisch.*, *gr. fere omn.* πρὸς ἐπανόρθωσιν: ad corripiendum (pi *in ras. scr.* Z) BHKVWZϛ𝔖ℭ *c dem.* (*uide infra*) *diu.*[c] *Pel.*[B]; ad corriendum (*lapsu pro* corrigend. *uel* corripiend.?) *Pel.*[A]; ad exhortationem *Aug.*; *bis reddunt* ad corripiendum ad corrigendum LN *et* ad redintegrationem ad redargutionem *Ambrst. sine auct. gr.*; *om. g* Orig.* (*int.* ii. 468) *cum gr.* FG*, *deinde* + ad erudiendum *in mg. g*[1] *cum gr.* G[1], *qui* πρ. ἐπαν. *etiam in mg. redintegrauit.* **erudiendum** (her. C), *gr.* παιδίαν: disciplinam *d e g*—*cf.* D *et Cassiod. infra*; doctrinam *Orig.* (*int.* ii. 468) *Aug.*; eruditionem *Ambrst.*; *deinde* + quae est *d e Orig.* (*int.* ii. 468) *Ambrst. cum gr. omn.* τήν. > ad arg. ad (et S) erud. ad corrig. S *Cassiod.*, > ad erud. ad arg. ad corrip. *dem.* **in** (+ ipsa *Ambrst.*) **iustitia** (-cia PW), *cf.* in iustitiae uel a *g*, *cum gr. omn.* ἐν δικαιοσύνῃ: in iustitiam Θ[c]L, *cf.* ad iustitiam *d e*, iustitiam *tantum Pel.*[B], ad iustitiam ad disciplinam D (*cf. d e g supra*), in disciplina quae est iustitiae *Cassiod.*; *om. Aug. in fine pericopes.*

17. **perfectus** (f *sup. lin.* L; profectus K), *cf. gr.* D*E τελιοσ: paratus *Ambrst.*, *cf. gr. plur.* ἄρτιος. **homo dei** *contra ord. gr.*: > d. h. *g cum ord. gr.* ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος. **omne** (-em F): + *ras.* 1 *lit.* Z. hopus C. **bonum**: *om.* A*. **instructus,** *gr.* ἐξηρτισμένος (FG *al. aliq.* ἐξηρτιμ., K *al. mu.* ἐξηρτημ.): consummatus *d e Ambrst.* (*lemm.*); paratus *t*; perfectus *Ambrst.* (*comm.*).

IV. 1. **testificor,** *cf.* testor *Ambrst.*, testor uel adiuro *g*, *cum gr.* ℵACD*EFGP 17. 67**. 73. *al.*[6] διαμαρτύρομαι *tantum*: *gr.* D[c]KL *al. pler.* + οὖν ἐγώ, *non autem latt.* **deo et** (*om.* D) = *gr. paene omn.* τοῦ θεοῦ καί: *gr.* 17 *om.*, *non autem latt.*; + in S *sine auct. gr.* **christo iesu** *cum gr.* ℵACD*FGP 47. 73 Χριστοῦ Ἰησοῦ: > ie. ch. *vg. cod. caraf. Sedul. cum gr.* 31 Ἰησ. Χρ.; *gr.* 71. 8[pe] τοῦ κυρίου Χρ. Ἰησ. *et* D[c]EKL *al. pler.*

Digitized by Google

uiuos ac mortuos
et aduentum ipsius
et regnum eius
2 praedica uerbum
insta oportune inportune
argue obsecra increpa
in omni patientia et doctrina.
3 Erit enim tempus cum
sanam doctrinam non
sustinebunt
sed ad sua desideria coacer-
uabunt sibi magistros
prurientes auribus
4 et a ueritate quidem auditum
auertent
ad fabulas autem conuer-

> τ. κ. Ἰησ. Χρ. *apud latinos non redduntur.* **qui iudicaturus** (iudicatus V) **est**: uentúro iudicare *g*, *cf. gr.* τοῦ μέλλοντος κρίνειν (FG 17. 67**. 73. *al.*[5] κρῖναι). uibos T, uiuus Z*. **ac** (hac C), *gr.* καί: et HNTZ* *vg. cod. caraf. c d dem. e g t Zeno* (ii. 6) *Ambrst. Aug.* (viii. 767, *non autem* ix. 393) '*Aug.*' (v. *App.* 502) *Pel.*[B] *Oros.* (*apol.* 15) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 1355) *Cassiod. disc. Sedul.* mortuus Z*. **et** *sec. etiam Bentl. Tisch. diu.* cum gr.* ℵ*ACD*FG 17. 67** καί: per 𝔖𝔈 *Ambrst.*, *cf. gr.* ℵ°D°EKLP *al. pler.* κατά; *ambas lectiones coniungunt* et per ϛ𝔓 *cod. caraf. dem. diu.*° *Aug.* (ix. 393) *Cassiod. disc. sine auct. gr.* **aduentum** (adiuuent. M), *gr.* ἐπιφάνειαν: apparitionem uel aduentum *g*; manifestationem *Aug.* (ix. 393). **ipsius** (αὐτοῦ): eius *d e t*; eius ipsius *g*; *om. Aug.* (ix. 393). **eius** (αὐτοῦ): ipsius *t*.

2. *Ad init.* + quod O. **praedica** (pred. GLM UWZ*) **uerbum** = κήρυξον τὸν λόγον: predicaui u. O[2]; *om. dem.* **insta**: + incessanter *Cassiod. disc. sine auct. gr.* **oportune** (-nae PR, hoportunae BC, opportune ϛ𝔈) **inportune** (-nae BC, importune W *vg.*, inoportune OS; inportunos *m*) *etiam Hieron.* (*quater*) *cum ord. gr. paene omn.* εὐκαίρως ἀκαίρως: > inp. op. *libere Hieron.* (i. 949, iv. 963) *cum ord. gr.* C ἀκ. εὐκ.; op. *tantum* D *Pel.*[B] *cum gr.* 70. 115 *qui* ἀκ. *om.* **argue** (-uae G): + et S *sine auct. gr.* **obsecra** (hobsec. C, obsaec. S) **increpa** *etiam Aug.* (iii. 1. 77), *cf.* exhortare inc. *d e m Cassiod.* (*P. L.* lxx. 798), hortare inc. *Ambrst. Aug.* (*quinquies*), consolare et inc. *Hieron.* (vi. 645), *cum ord. gr.* ℵ*FG 37. 116 παρακάλεσον ἐπιτίμησον: > inc. obs. *Aug.* (v. 1493), *cf.* inc. consolare *Hieron.* (vii. 727), *cum ord. gr.* ℵ°ACDEKLP *al. pler.* ἐπ. παρ. **in** *etiam Aug.* (*quater*) = ἐν: cum *Aug.* (v. 427, 1493) '*Aug.*' (v. *App.* 122) *Cassiod.* **patientia** (pacient. K, pacienc. P; penitentia M*) *etiam Aug.* (v. 1493), *gr.* μακροθυμίᾳ: longanimitate *Aug.* (*quinquies*); patientia uel longanimitate *g*; magnanimitate *Ambrst.*

3. **enim** *etiam Aug.* (iii. 2. 738) = *gr. omn.* γάρ: *om. d e Cypr.* (*test.* iii. 67) *Hil.* (*trin.* x. 2, *c. Const.* 1) *Lucif.* (*mor.* 10) *Hieron.* (vii. 710) *Aug.* (viii. 547). **tempus**: tem *tantum* P*. **cum** (quum Θ) *etiam Cypr.* (*test.* iii. 67 *cod.* W) *Hil.* (*trin.* x. 2), *gr.* ὅτε: quando *Capitula* B CHΘTU (*uide supra p.* 621) *Cypr.* (*test.* iii. 67 *codd.* ALMB) *Hil.* (*c. Const.* 1) *Hieron. Aug.* (viii. 547); quo *Aug.* (iii. 2. 738). **sanam** (-na BL*, ā *bis in ras. scr.* Z) **doctrinam** (-na B), *cf.* s. disciplinam *Cypr.* (*test.* iii. 67 *cod.* M): sanae doctrinae *Hieron.* (*cf.* acquiescent *infra*); *gr.* ὑγιαινούσης διδασκαλίας. **sustinebunt** (susten. P*S), *gr.* ἀνέξονται (C ἐνέξ.): acquiescent *Hieron.*; *deinde* + homines *Pel.*[B] *sine auct. gr.—cf. cap.* iii. *uers.* 2. **set** LW. **ad** *etiam Aug.* (viii. 547) *cum gr.* DEP πρός: secundum FM *Capitula* R (*uide supra p.* 621) *g Cypr. Aug.* (iii. 2. 738) *cum gr. plur.* κατά; et S; *om.* L. **sua desideria** (dissid. D) *cum ord. gr.* ℵACDEFGP *al. plus*[20] τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας: > d. s. *Cypr.* (*test.* iii. 67 *cod.* B) *Aug.* (iii. 2. 738, *non autem* viii. 547) *cum ord. gr.* KL *al. longe plu.* τὰς ἐπ. τὰς ἰδ. **coacervabunt** (coacerb. FHΘ*LMNO*, quoaceru. C, coarcebunt S) **sibi magistros** *etiam Aug.* (viii. 547) *cum ord. gr.* FG 37. 73. 80. 116 ἐπισωρεύσουσιν ἑαυτοῖς διδασκάλους: > s. c. m. *d e cum ord. gr.* ℵACDEKLP *al. pler.* ἑαυτ. ἐπισωρεύσουσιν (P -σωσιν, 112 -ουσιν) δ.; > m. s. c. *Aug.* (iii. 2. 738) *et* > m. s. aggregabunt (aggerent *ed. Uenet.*) *Ambrst. sine auct. gr.* **prurientes** (prudentes K) **auribus** *etiam Aug.* (viii. 547): prurientes aures *d e Hil.* (*trin.* x. 2) *Lucif.*, *cf.* scalpentes aures *Hil.* (*trin.* x. 2—1 *MS*, *c. Const.* 1—*cf. etiam* scalpuntur *libere trin.* x. 2, *et Cypr. codd.* WLMB *infra*), prurientes aurem *g*, *et gr.* κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν; prurientes auditu *Aug.* (iii. 2. 738); prurientes in audiendo *Cypr.* (*test.* iii. 67 *cod.* A); prurientibus aures *libere Iren.* (*Mass. p.* 146); prurientibus auribus *libere Tert.* (*praescr.* 7); *bis reddit* prurientes in audiendo scalpentes aures *Cypr.* (*test.* iii. 67 *codd.* WLMB—*cf. Hil. supra*).

4. **a ueritate** (ber. L, ueritatem Z*) **quidem** (uidem *in ras. scr.* U): > quid. a u. *d e*; > a quid. u. *g cum ord. gr.* ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας. **auditum** (-tu BP, aud *in ras. scr.* U), *gr.* ἀκοήν: aurem uel auditum *g*; *deinde* + suum *Aug.* (*semper*) *sine auct. gr.* **auertent** (-tem L*) *etiam Aug.* (i. 682, iii. 2. 738) = *gr. omn.* ἀποστρέψουσιν: auertunt C *g Orig.* (*int.* ii. 95); auertentes *Aug.* (viii. 187, 275, 547). > auertent auditum '*Cypr.*' (*App.*

Digitized by Google

tentur.
5 Tu uero uigila in omnibus
labora
opus fac euangelistae
ministerium tuum imple
6 ego enim iam delibor
et tempus meae resolutionis instat
7 bonum certamen certaui
cursum consummaui
fidem seruaui
8 in reliquo reposita est mihi

---

p. 212 = *sing. cler.* 37) *contra ord. gr.* **ad** (ἐπί): ut *d.* **autem** (δέ): uero *Ambrst.*; *om.* '*Cypr.*' *Aug.* (viii. 275 *libere*). **conuertentur** (-ter U*) *etiam Aug.* (*saepius*) = *gr. omn.* ἐκτραπήσονται: conuertuntur *Orig. Aug.* (*libere* viii. 275, 362, *cf.* conuertitur *libere* 240); conuertunt se uel conuertuntur *g.*

5. **uero** (δέ): autem N; ergo *d e.* **uigila** (-illa O*, -ela S*, -ilia V, uila G*): sobrius esto D *d e g Ambrst.* (*ed. Uenet., non autem Roman.*) *gr.* νῆφε. **labora** (-am L), *gr. plur.* κακοπάθησον: patiens *Ambrst.* (*ed. Uenet.*); uiriliter age *Ambrst.* (*ed. Roman.*); et labora *g super* G$^{gr.}$ και κοπαθησον *scr.*, *cf.* F$^{gr.}$ και κοπαθεσον; *om.* S *Pel.*^{B} *cum gr.* ℵ*; *gr.* A + ὡς καλὸς στρατιώτης Χριστοῦ Ἰησοῦ *ex* ii. 3, *non autem latt.* hopus C. euangeliste LMRW, aeuanguelistae D. **ministerium** = διακονίαν: misterium *t.* **imple** (inp. CPS, ĩp. D) *codd. mu. cod. caraf. Bentl. Tisch. d e g t et* exple *Ambrst. sine addit. cum gr. omn.* πληροφόρησον (FG -εσον) *tantum*: + sobrius (sub. P; subditus Z*) esto BFKL^{1}MNPU^{c}VWZ^{c} *vg. c dem. diu. f.*

6. **ego enim iam** (*in ras. scr.* K) *etiam Orig.* (*int.* ii. 302) *Hieron.* (i. 800 *Uall.*, ii. 823) *Aug.* (*saepius*), *cf.* ego autem iam *Orig.* (*int.* iv. 597) *Aug.* (iv. 185), *cum gr. omn.* ἐγὼ γὰρ ἤδη: > iam enim ego D *Orig.* (*int.* ii. 362); ego iam *tantum* O *Cypr.* (*test.* iii. 16, *ep.* x. 4) *Hieron.* (i. 800 *Hilb.*) *Aug.* (v. 1205, 1212); ego enim *tantum d e Aug.* (v. 156); iam *tantum Aug.* (v. 1214). **delibor** (deleb. HΘ*OVZ^{c}, delibror M*) *etiam Cypr.* (*test.* iii. 16 *codd.* BM^{2}, *ep.* x. 4 *cod.* C) *Hieron.* (i. 800), *gr.* σπένδομαι: immolor DR *g Orig.* (*int.* ii. 302, 362, iv. 597) *Cypr.* (*test.* iii. 16 *cod.* A, *ep.* x. 4 *cod.* Q) *Hieron.* (ii. 823) *Aug.* (*semper*), *cf. Cassiod. disc.* 'delibor: *hoc est* immolor'; libor (liu. Z*) Z* *Tert.* (*scorp.* 13) *Cypr.* (*test.* iii. 16 *codd.* WLM^{1}, *ep.* x. 4 *codd. plur.*). **meae** (mee LW) **resolutionis** (resoluc. P) **instat** *etiam Tisch. Cypr.* (*test.* iii. 16 *cod.* W) *Aug.* (v. 156, 1205, 1209 *semel*), *cf.* m. solutionis inst. *d e*, *cum ord. gr.* DEKL *al. pler.* τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν: > r. meae (*in ras. scr.* Z) inst. BHΘKMO SVZ *vg. cod. caraf. Bentl. g Orig.* (*int.* iv. 597) *Hieron.* (i. 800, ii. 823) *Aug.* (*nonies*) *Pel.*^{A}, *cf.* r. m. proximum est *Aug.* (iv. 1082), solutionis m. instat *Ambrst.*, adsumptionis m. instat *Cypr.* (*test.* iii. 16 *cod.* A), regressionis siue resolutionis m. instat *Orig.* (*int.* ii. 302), *et* resolutionis (uel ut in graecis codicibus legimus) reuersionis m. instat *Orig.* (*int.* ii. 362), *cum ord. gr.* ℵAC FGP 17. 37. 73. *al.*^{3} τ. ἀν. μου ἐφ.; > instat m. adsumptionis *Cypr.* (*test.* iii. 16 *cod.* B), > instat adsumptionis meae *Cypr.* (*ep.* x. 4 *cod.* P), > instat adsumptionis *tantum Cypr.* (*test.* iii. 16 *codd.* LM, *ep.* x. 4 *codd. paene omn.*), *et* deuersionis insistit (*sine* m.) *Tert.*, *sine auct. gr.*

7. **bonum** (uon. L*) **certamen certaui** (-abi L) *etiam Aug.* (*saepissime*) *Cassiod.* (*quinquies*), *cf.* b. agonem c. *Cypr.* (*test.* iii. 16, *ep.* x. 4) *Aug.* (iv. 889, 1116) *et* b. certamen certauit *libere Ambr.* (*ob. theod.* 29), *cum ord. gr.* ℵACFG 17. 37. 116 τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι: > certamen b. certaui DOS *Bentl.** *d e Orig.* (*int.* ii. 672, iv. 681) *Ambr.* (*nonies*) *Hieron.* (ii. 696, iv. 737, vi. 249) *Pel. Cassiod.* (*P. L.* lxx. 705) *Sedul.*, *cf.* c. b. decertaui *Ambrst.*, agonem b. decertaui *Tert.* (*scorp.* 13), *cum ord. gr.* DEKLP *al. pler.* τ. ἀγ. τ. κ. ἠγ.; > b. certaui certamen FM *sine auct. gr.*; opus perfeci *Aug.* (vi. 245); *libere citat* decerta et tu bonum agonem *Tert.* (*cor.* 15); *om. Orig.* (*int.* iv. 597). **consummaui** (-sumaui GL, -summauit M*, comsummaui Z), *gr.* τετέλεκα: perfeci *Cypr.* (*test.* iii. 16 *codd.* WLMB, *ep.* x. 4). **fidem seruaui**, *gr.* πίστιν τετήρηκα: f. custodiui *Tert.* (*scorp.* 13); *om. Ambr.* (*ps.* cxviii. *zain* 3). > fid. seru. curs. cons. *Pelagiani ap. Aug.* (x. 53) *contra gr.*

8. **in reliquo** (-ico B), *gr.* λοιπόν: de cetero (caet. D) D *d e Orig.* (*int.* iv. 597) *Hieron.* (*septies*) *Aug.* (*saepissime*) *Hesychius ap. Aug.* (ii. 740) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 183, 720, 744); de cetero uel ceterum *g*; de reliquo LW *t Pel.*^{B} *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 130, 141, 704, 849, 896); quod reliquum est *Ambr.* (*ps.* xxxvi. 17, *offic. min.* i. 15, *ob. theod.* 20) *Ambrst.*; quod reliquum (*sine* est) *Ambr.* (*exhort. uirg.* 14); iam *Cypr.* (*test.* iii. 16 *codd.* AWLM^{2}, *ep.* x. 4) *Aug.* (vi. 245); de cetero iam *Hil.* (*ps.* cxxviii. 1); *om. plane Tert.* (*scorp.* 13) *Cypr.* (*test.* iii. 16 *codd.* BM^{1}) *Ambr.* (*exam.* v. 80, *ps.* cxviii. *zain* 3) *Hieron.* (i. 123) *Aug.* (iv. 889) *Pelagiani ap. Aug.* (x. 53) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 605) *et fortasse Ambr.* (*ps.* cxviii. *gimel* 3, *zain* 12) *contra gr.* **reposita** (reposs. S) **est** *etiam Tert.* (*cor.* 15, *uide infra*) *Hieron.* (*septies*) *Aug.* (*quinquies*) *Cassiod.* (*septies*) *Cassiod. disc.* (*semel*), *gr.* ἀπόκειται: superest *Tert.* (*scorp.* 13) *Cypr.* (*test.* iii. 16, *ep.* x. 4) *Hil. Hieron.* (i. 123) *Aug.* (*saepissime*) *Cassiod.* (*P. L.*

Digitized by Google

corona iustitiae
quam reddet mihi dominus
in illa die iustus iudex
non solum autem mihi
sed et his qui diligunt
aduentum eius
9 festina uenire ad me cito.
10 Demas enim me dereliquit
diligens hoc saeculum
et abiit thessalonicam
crescens in galliam
titus in dalmatiam
11 lucas est mecum solus
marcum adsume et ad-
duc tecum
est enim mihi utilis

lxx. 605, 720) *Cassiod. disc.* (*semel*). **mihi** *pr.* (michi W) = μοι: mihi id est articulus (*super* G[gr.] ὁ *scr.*) *g*; *om. Tert.* (*scorp.* 13; *non autem cor.* 15, *uide infra*). > mihi reposita est G *contra ord. gr.* **corona** (-am H) **iustitiae** (-titie L*, -titicie W, -titia Z*) *contra ord. gr.*: > iustitiae (-ciae P) corona (chor. C, corr. P; coronam *Cypr.*) CDGN*PRTU* *Bentl. d e g Cypr.* (*test.* iii. 16 *codd.* BM[1]) *Hieron.* (vi. 249) *Pel.*[A] *cum ord. gr.* ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. **reddet mihi** (michi W) **dominus in illa** (illo F *Aug.* (*septies*) *Cassiod.* (*P. L.* lxx. 605); *om. t**) **die** (diae CZ*) **iustus iudex** (-daex M) *etiam Hieron.* (ii. 152, 696) *Aug.* (*saepissime*) *cum ord. gr. omn.* ἀποδώσει μοι ὁ κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ δίκαιος κριτής: > r. m. dom. in die illa iust. iud. S *t*[2] *Hieron.* (vi. 249); > r. m. dom. iust. iud. in illa die *Hesych. ap. Aug.*; > retribuet m. in illa die dom. iust. iud. *Hieron.* (i. 123 *Uall.*); > m. reddet dom. in illa (illo *Aug.* iv. 718) die (+ ille *Cypr. test.* iii. 16 *codd.* AL) iust. iud. *Cypr.* (*test.* iii. 16 *codd.* ALMB, *ep.* x. 4 *cod.* P) *Aug.* (iii. 2. 308, iv. 718, 1116); > m. r. dom. in illa (illo *test.* iii. 16 *cod.* W, *ep.* x. 4 *cod.* R) die (+ ille *ep.* x. 4 *codd. plur.*) iud. iust. *Cypr.* (*test.* iii. 16 *cod.* W, *ep.* x. 4 *codd. paene omn.*); > m. dom. r. in illa die iust. iud. *Aug.* (iv. 185); > m. dom. illa die r. *tantum Tert.* (*scorp.* 13 *ad fin. pericopes*); r. m. dom. iust. iud. *tantum Hieron.* (vi. 829), r. m. iust. iud. *tantum Hieron.* (iv. 751, v. 157) *et* retribuet m. dom. *tantum Hieron.* (i. 123 *Hilb.*) *sine auct. gr. Libere citat Tert.* (*cor.* 15) 'cuius coronam et apostolus repositam sibi merito confidit'. **non solum autem mihi** (hi *tantum* Θ*, michi W) *cum ord. gr. omn.* οὐ μόνον δὲ ἐμοί: > n. au. m. s. *Hesych. ap. Aug.* **et** *etiam Ambr.* (*ps.* cxviii. *gimel* 3, *sain* 12) *Aug.* (*quinquies*), *gr.* καί: etiam *Ambr.* (*offic. min.* i. 15); *om.* L *Aug.* (v. 1211) *sine auct. gr.* **his** (hiis NSW) **qui diligunt** (dileg. DO*S) *etiam Tisch. Ambr.* (*offic. min.* I. 15) *Aug.* (ii. 746), *cf.* iis (eis *Ambr.* (*ps.* cxviii. *gimel* 3), is L) q. d. *vg. cod. caraf. Bentl. Ambr.* (*ps.* cxviii. *gimel* 3, *sain* 12) *Ambrst. Hesych. ap. Aug. Cassiod. disc.*, *cum gr.* D*E* 67** τοῖς ἠγαπηκόσι *tantum*: omnibus q. diligunt (dilexerunt *Cypr.* (*test.* iii. 16 *cod.* B, *ep.* x. 4 *codd. plur.*), dilexerint *Cypr.* (*test.* iii. 16 *codd.* LM, *ep.* x. 4 *cod.* N)) *Cypr.* (*test.* iii. 16, *ep.* x. 4) *Hieron.* (*quater*) *Aug.* (*quinquies*) *Paulin.* (*ep.* ii. 4), *cf.* omnibus diligentibus *g et gr. plur.* πᾶσι τ. ἠγ. **aduentum** *etiam Aug.* (ii. 746, iv. 185): apparitionem uel aduentum *g*; manifestationem *Aug.* (ii. 742, iv. 1329, v. 1211, 1295); *gr.* ἐπιφάνειαν. **eius** *etiam Hieron.* (ii. 697, vi. 249) *Aug.* (*quinquies*) = *gr. omn.* αὐτοῦ: domini *Aug.* (ii. 746) *Hesych. ap. Aug.*; domini et saluatoris nostri *Hieron.* (iv. 751); domini saluatoris nostri iesu christi *Hieron.* (vi. 829).

9. **festina** (σπούδασον): sollicitus esto *Ambrst.* **uenire ad me** (mae L) *cum ord. gr. omn.* ἐλθεῖν πρός με (DE ἐμέ): > ad me uen. DHΘTW *Capitula* V *etc.* (*uide supra p.* 620) *vg. cod. caraf. dem. diu.** *f Pel. Cassiod. disc. Sedul.* (*ut udtur*). **cito** (scito W), *gr. plur.* ταχέως, 17 τάχειον, 73. 118 ἐν τάχει: quamprimum *Ambrst.*

10. **enim** (γάρ): *om. Iren.* (*Mass. p.* 201) *Pel.*[B] *Sedul. sine auct. gr.* **me** (mae L): *om.* D *sine auct. gr.* *gr.* D* > με γάρ, *non autem latt.* **dereliquit** (-id CPTUZ, diriliquit D, derilinquit S), *gr.* ἐγκατέλιπεν (D* κατελ.): reliquit O *vg. cod. caraf.* **diligens** (dileg. DOS) **hoc saeculum** (sec. CLU[illegible]): *om. Iren.* **abiit** (hab. C): + in CT *g Iren.* (*teste Turner*) *cum gr. omn.* εἰς. thessall. F, thesall. M, thesal. DGOU, tessal. TW, tesal. H, thessalonicham C, thessallonica L. cresces LUZ* *d* (*non autem e*) *g cum gr.* Κρήσκης (K *al. plus*[35] Κρίσκ.) **galliam** A*CG*L[c]T *cum gr.* ℵC 73. *al.*[4] Γαλλίαν: galatiam (galit. D, galac. PV, galatia FL*, gallatia Θ; H* *non liquet*) *codd. plur. vg. cod. caraf. Bentl. Tisch. uett. Iren. Ambrst. Pel.*[A] *Cassiod. disc. cum gr. plur.* Γαλατίαν. **titus** (tyt. C) **in dalmatiam** (dalmac. HP, dalmath. N, dalmatia FG[c]ΘL): *om.* D *sine auct. gr.* **crescens . . . dalmatiam**: *om. Pel.*[B]

11. **lucas** (luchas C; + autem *dem.*) **est mecum solus** (*om.* L*) *cum ord. gr.* D*E Λουκᾶς ἐστὶν σὺν ἐμοὶ μόνος: > l. est s. m. *g cum ord. gr. plur.* Λ. ἐστὶν μ. μετ' ἐμοῦ; > l. s. est m. L° *et* > l. m. s. est *Pel.*[A] *sine auct. gr.* marchum C, marcus L*. **adsume** (ass. BKTUVWZ° *vg.*, adsumme Z*): adsumens L *d g cum gr. omn.* ἀναλαβών. **et**: *om.* D *d* (*non autem e*) *g et gr. non expr.* **adduc** = ἄγε (A *min.*[8] ἄγαγε): adhuc

Digitized by Google

in ministerium
12 tychicum autem misi ephesum
13 paenulam quam reliqui
troade apud carpum
ueniens affer
et libros maxime autem
membranas.
14 Alexander aerarius multa
mala mihi ostendit
reddat dominus secundum
opera eius
15 quem et tu deuita
ualde enim restitit
uerbis nostris.
16 In prima mea defensione
nemo mihi adfuit
sed omnes me dereliquerunt
non illis reputetur

DM* *Pel.*[B] **enim**: *om.* F*N*U* *sine auct. gr.* michi W. hutilis C, utiles Z*. **in ministerium** = *gr. omn.* εἰς διακονίαν: in ministerio DFKMN[c] OPSWϚ𝔖 *g Ambrst. Uigil.* (*c. Eutych.* v. 2) *Cassiod. disc.*—*adnotat Luc. Brug.* '*Non mutes accusatiuum in ablatiuum* ministerio'.

12. *Uers. om. Pel.*[A] tichycum B, tichicum SUV, thicicum T, tyhicum L*, tythicum HO, tithycum R, thithicum D, thiticum W; tythicus F[c]. **autem**, *cf.* uero *Ambrst.*, *cum gr. plur.* δέ: *om.* D *cum gr.* 17. 115. 238; *deinde* + in ministerium *Pel.*[B] *e uers. praeced.* **misi** (missi D; mihi *f*): + in uel aduerbium *g*, *cf. gr. omn.* εἰς. **ephesum** (efes. L; ephessum Z* *g*, ephessam S, effesso D) = Ἔφεσον (FG Ἔφεσσον): ephesi *d*.

13. **paenulam** (pen. HΘMNPSUW *vg.*, penn. DL*, pann. F*), *cf.* phelonem L[c] *et gr.* φελόνην (K 37. *al. aliq.* φελών., L *al. mu.* φαιλόν.): lacernam siue penulam *Hieron.* (ii. 771), *cf.* penula *latinum est, id est* lacerna clarata *Sedul.* (*comm.*). quem *f.* **reliqui** (relinq. H*) = ἀπέλιπον (ACFGLP *al. mu.* ἀπέλειπον): reliquit (-id M*) BMO*; *deinde* + in *g cum gr. omn.* ἐν. troadae BCGKNP, troeadae Z* (a *sec. eras.*), throade F; troiade D, troiadae S; hroade M, roeade O; *gr. omn.* Τρῳάδι. **apud** (-ut FG*H* KLMNO) **carpum** (charp. W, eucarp. OS), *gr.* παρὰ Κάρπῳ: penes c. *Tert.* (*orat.* 15). **ueniens**: + ad me D *sine auct. gr.* **affer** (adfer AHΘL N[c]OPSZ*; adfers G* *d Pel.*[A]) *codd. mu. Bentl. Tisch. d e g Hieron.* (ii. 771) *etc. sine addit. cum gr. omn.* φέρε *tantum*: affer (adfer BDN*UZ[c]; adfers F; adfert M; aufer *f*) tecum BDFKMN*U VWZ[c] *vg. cod. caraf. c dem. diu. f Ambrst. Pel.*[B] *Cassiod. disc. Sedul. et* > tecum affer *Hieron.* (vii. 742). **et** (*eras.* O), *gr.* καί: ac *Hieron.* (ii. 771). **maxime autem**, *cf.* m. uero *Capitula* AFKMOSZ (*uide supra p.* 620), *cum gr.* D*E* 37. 116 μάλιστα δέ: m. (*sine* au.) *Bentl. f g cum gr. plur.* μάλ. *tantum*; et m. *Hieron.* (ii. 771) *et* m. au. et N[c] *Cassiod. disc. sine auct. gr.* **et . . . membranas** (s *eras.* O): *om. Pel.*[A]

